2

TRACTATVS DE ANGELIS

PARS SECVNDA.

SIVE PRIMÆ PARTIS

APPENDIX, ET COMPLEMENTVM,
TRIBVS QVAESTIONIBVS CONSTANS,

Quarum prima agit de cultu in genere,
Secunda de cultu Angelorum actiuo,
Tertia de eorumdem cultu passiuo disputat;

Methodo quidem Doctoris Angelici; ad mentem tamen

THEODIDACTI BERNARDI
S. ROM. ECCL. DOCTORIS MELLIFLVI.

Cuius Doctrinam exhibebunt appositi Textus, & Sententiæ.

Collectæ studio, & Opera Adm. R. D. LAVRENTII à S. Petro Bertrando Sabaudo, & Congregationis eiusdem Sancti Reformatæ ex Ordine Cisterciensi Assistente Primo.



ROMÆ, M. DC. LXXVIII.
Typis Michaelis Herculis.

SVPERIORVM PERMISSV.

D.Io: Baptista à S.Geltrude Congreg. Reformatæ Monachorum S.Bernardi Ordinis Cisterciensis Vicarius Generalis.

CVm post approbationem, & obitum Reuerendiss. P. N. D. Marci à S.Andrea Abbatis Generalis, Adm.R. P.D.Laurentius à S. Petro noster Primus Assistens aliqua addiderit ad Tractatum de Angelis; Nos hanc Appendicem Typis mandari concedimus ser.ser. In fidem, &c. Datum Romæ in Nostro S. Bernardi ad Thermas Cœnobio. Die 24. Martij 1678.

D.Io:Baptista à S.Geltrude Vicarius Generalis Præf.

D.Io:Dominicus à S.Ioachim Secr.

EX Commissione Reuerendiss. Patris Raymūdi Capisucchi Magistri Sacri Apostolici Palatij hoc opus de Cultu Angelorum iu Textum D.Bernardi præclarum sanè, summoq; studio elaboratū perlegi, & qua maiori licuit solertia ad trutinam reuocaui; cumq; mihi illud perpendenti nihil, aut Religioni, aut bonis moribus obnoxium occurrerit, quinimo cognouerim eius auctorem Adm. R.P.D.Laurentium à S.Petro, Primum Congregation.D.Bernardi Assistentem, de litterarij studijs apprimè benemeritum, veteranum scholasticæ Theologiæ Lectorem, solidaq; & acuta doctrina efflūetem, ad pietatem, & congrua Angelorum obsequia promouenda, atque de eisdem subtilissima rimanda, quam maximè propensum; Ideò prædictum opus nedum communi luce dignum existimo, verum etiam specialissimo omnium litteratorum plausu excipiendū censeo, si ita videbitur præfato Reuerendiss. P. Sac. Apost. Palatij Magistro; cuius nutibus obtempero.

Ego Philippus Grottieri Romanus Clericor.Minor. Sac.Theolog.Lect. & Sac.Congr.Indicis Consultor.

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiss. Pat. Magist. Sac. Palat. Apostol. *I.de Ang.Archiep.Vrb.Vicesg.*

Imprimatur, Fr. Raymundus Capisuccus Ordinis Prædic. Sac. Pal.Apostol.Magist.

QVAESTIO PRIMA

De cultu in genere ad mentem Melliflui
Monitum à Lectoribus obſeruandum.



Ententiam ab Apoſt. cõtra Gentiles pronunciatam, qui cum cognouiſſent Deum non ſicut Deum glorificauerunt; amplians Mellifluus ad eos, qui cum ſciant Angelos diuina viſione perfrui, cultum tamen illorum, vel ignorant, vel ſe ſimulant ignorare; Innuit manifeſte Secundam hanc partem à prima, tanquam perfectiuam ſui, & vltimum ſuum cõplementum efflagitare, nihil enim cognouiſſe prodeſſet, niſi coluiſſe iuuaret.

Itaque, diuerſis editionibus conſtantem tomum ne mireris beneuole Lector, ad eam varietatem adegit domiciliorũ varietas: vnionem vero duarũ partium pietas poſtulabat.

Doctr. Melliſl. pro Art. 1.
Text. 1.

Ex cap. 15. lib. de natura, & dignitate Diuini Amoris.

Ad hoc etiam in hac vita corporalium ſacramẽtorum valet religio, quia cum vix aliquid niſi corpora; & corporalia intelligamus, quandiu in imagine pertrãſimus,

ART. I.

Diſſertatio de pietatis, & religionis nominibus, & cur Mellifluus primo potius, quam ſecundo vſus fuerit frequẽtius.

Religionis nomem æquiuocum eſſe, nõ ſolũ ex ipſius Etymologia, ve-

corporalibus religamur sacramētis, nè à Deo recedamus: vnde etiam à religando religio dicitur.

Cum vero fidelis anima talibus erudita, talibus incipiet nō indigere, & à corporalibus transire ad spiritualia, à spiritualibus ad spiritualium, & corporalium conditorem; hoc vere erit exire à sarcinis.

Ex serm. in illud Matth. 13. Simile est Regnum Cælorum Homini negotiatori quærenti bonas margaritas.

Sed quæ est ista tam præciosa margarita pro qua vniuersa vendere debemus? nōne religio sācta, pura, & immaculata, in qua homo viuit purius, cadit rarius surgit velocius, incedit cautius moritur cōfidentius purgatur citius præmiatur copiosius.

Text. 2.

Ex serm. 14. in Cant.

Quid tibi prodest pium Saluatoris nomen lectitare in libris; nec habere pietatē in moribus.

verū etiam ex Scripturæ Sac. Sāctorum Patrum, ac Theologorum vsu demonstratur. Supponit enim pro cultu Deo debito, & pro statu, siue personis diuino cultui mancipatis, vt patet ex epist. ad Colosś. cap. 2. ex can. Iacobi cap. 1. & ex duobus sub num. 1. constitutis.

Idem de pietatis nomine dicendum est, da qua August. 10. de ciuit. c. 1. hæc scribit: Pietas quoq; proprie Dei cultus intelligi solet, hæc tamen, & erga parentes officiosè haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus misericordiæ frequentatur. Quod ideo arbitror euenisse, quia hæc fieri Deus præcipuè mandat, eaq; sibi vel pro Sacrificijs, vel præ Sacrificijs placere testatur. *Ex qua loquendi cōsuetudine, factum est vt & Deus ipse dicatur Pius, vt habet text. 3. In eandem iuisse sententiā antiquiores eruditionis magistros colligitur ex illorum super stitibus scriptis, nā Cicero pro domo sua 82.* Nec est vlla, inquit, erga Deos pietas, nisi honesta de nomine eorū, ac mēte opinio, quū expeti nihil ab ijs, quod sit iniustū, ac inhonestū arbitrere. *Et 1. de natura Deorū v.* Pietas, Sāctitas, Religio purè, & castè Deo tribuēdę sunt. *In eadem significatione pietatis vocabulo frequenter vsus inuenitur Virgilius pios vocās colentes Deos 3. Georgicon 103. Dijs meliora pijs. Consonat D. Bonau. in proem. ad dis. 9 lib.*

Text. 3.

Ex ferm. 15. in Cant.

Multa quidem ſponſi vocabula ſparſa per omnẽ diuinam paginam legitis, ſed in duo ea vobis vniuerſa cõplector. Nullum vt arbitror reperietis, quod nõ aut pietatis gratiam, aut potentiam maieſtatis ſonet. Spiritus ita dicit etiam per ſibi familiarius organum. Duo hæc audiui: quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia Ergo ſecundum maieſtatem ſanctum, & terribile nomen eius. Secundum pietatẽ non eſt nomen aliud ſub cęlo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Sed exemplis magis perſpicuum fiet. Hoc eſt, inquit, nomen quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. Nomen patientiæ eſt. Item: Et vocabitur nomen eius Emanuel. Pietatem inſinuat item ipſe de ſe: vos vocatis me, ait, Magiſter, & Domine. Primũ gratiæ eſt, ſecundum maieſtatis. Non enim minus piũ eſt docere animum ſcientiã, quã prębere eſcam corpori. Rurſũ propheta: Vocabitur,

lib. 3. Cultus Dei pietas eſt fidei, vnde dicit Tullius, quod pietas cõſiſtit in cultu Deorum. Addunt *Hugonẽ pro ſua ſententia, qui pietatẽ definit virtutẽ, quę ex benigna mẽtis dulcedine grata omnibus auxiliatrix infuſa affectio eſt, & diuini cultus deuotio religioſa. D. Th. ſentẽtiã ſequutus* Auguſt. *pietatẽ in eod. ſenſu vſurpauit in 2. 2 q. 68. ar. 4. ad 2. hoc ſolo ab illo differẽs, quod exiſtimet à cultu parẽtũ ad Deorũ venerationem trãslatũ eſſe, & ampliatũ, ſic enim ſcribit:* Nomẽ pietatis importat reuerẽtiã, quã habemus ad Patrẽ, & Patriã: Et quia Pater omniũ Deus eſt, etiã cultus Dei pietas dicitur, & ideo bonũ, quo quis propter reuerẽtiã Dei operatur pietas appellatur. *Quia tamen Auguſt. ibid. adducit, aliter ab illo ſentire credẽdus nõ eſt, præſertim cũ nõ vſq; adeo manifeſtè mentem ſuã cõtra D. Auguſt. explicet; vnde cũ pracitatis, cõcludendũ eſt, pietatis vocem propriè, & originariè cultũ Dei ſignificare, latius vero ſũptũ obſeruãtiã filiorũ in parẽtes et propinquos, nec nõ ciuiũ in patriã cõplecti, & à cultu Dei, quem ex primaria, & genuina ſignificatione importat, ad ſignificãdã reuerentiã filiorũ in parentes fuiſſe ampliatã*

Efficacius tamẽ adhuc argumẽtũ pro pietatis nomine refert Ioan: à S. Thoma in 1. 2. q. 68. diſ. 18. ar. 6 vbi de pietate infuſa cõparata cũ Religione ſimiliter infuſa diſcurrens, Negat pietatẽ à virtute religio-

inquit, nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Primum, tertiũ, quartum, maiestatem sonãt, reliqua pietatem, &c.

Text. 4.

Ex serm. 52. *Diuersorum.*

Primum itaque vnguentũ vocatur vnguentum cõpunctionis; & absumitur igne contritionis. Secundum, deuotionis; & absumitur igne charitatis. Tertium, vocatur vnguentum pietatis, quod nõ absumitur, sed integrum conseruatur.

Text. 5.

Ex Serm. 83. *in Cant.*

Nunc iam videas de amorê, quam aliter sit. Nam cum amat Deus, non aliud vult, quam amari, quippe nõ ad aliud amat nisi vt ametur, sciẽs ipso amore beatos, qui se amauerint. Magna res amor, sed sunt in eo gradus Spõsa in summo stat. Amãt enim, & filij, sed de hæreditate cogitant; quã dũ verẽtur quoquo modo amittere, ipsum à quo expectatur hæreditas, plus reuerentur,

gionis distingui per hoc, quod illa Deũ, vt Patrẽ, ista Deũ, vt Dominũ, & Creatorem respiciat prout sẽtire videtur D. Th. in 2.2.q.121 ar.1. & rationes illius sũt, prima, quia in hoc potius cõueniũt; Si qui dẽ vtraq; Deũ vt Patrẽ respicit, vtraq; Deo cultũ exhibet vt primo omniũ parenti, nihil enim aliud est respicere Deũ vt Patrem, nisi respicere illũ, vt principiũ, & authorem gratiæ perquã adoptamur in filios, at hoc religioni, & pietati cõmune est. Secũda vero ratio illius est, quod pietas aliter à Religione *distiguatur, videlicet per hoc, quod religio ita rationẽ cultus in Deo respicit, vt fundet illũ in ratione debiti mutui, scilicet respiciendo Dei beneficia erga nos, & retributionẽ quã debemus ei, iuxta modũ taliũ beneficiorũ secundũ illud Ps.*115. Quid retribuã Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi Calicẽ salutaris accipiã. *Vbi inuocatio Domini, quę est actus religionis, fit per modũ retributionis, & debiti ad id, quod Dominus retribuit, & dat nobis. At vero pietas relicta mensura retributionis, & largitionis bonorum, honorat Deũ ratione sui, siue bona, siue mala nobis tribuat, respiciens dũtaxat ad magnitudinem Diuinam in se, & propter se, iuxta illud ps.* 3. Magnificate Dominũ mecũ, & exultemus nomen eius in idipsũ. *Hoc est in his, quæ nobis tribuit, nec iuxta mensurã beneficiorum colamus, sed propter ipsum,*

&

minus amant. Suspectus est mihi amor, cui aliud quid adipiscédi spes suffragari videtur. Infirmus est qui forte spe subtracta aut extinguitur, aut minuitur. Impurus est qui & aliud cupit. Purus amor mercenarius non est. Purus amor de spe vires non sumit, nec tamen diffidentiæ damna sentit. Sponsæ hic est, quia hoc sponsa est quæcunque est. Sponsæ res, & spes vnus est amor. Hoc sponsa abundat, hoc contentus est sponsus. Nec is aliud quærit, nec illa aliud habet. Hinc ille sponsus, & sponsa illa est. Is sponsus proprius est, quem alter nemo contingat, nec filius quidem. Denique ad filios clamat. Vbi est honor meus? & non vbi est amor meus dicit, seruans sponsæ prærogatiuam. Sed, & iubetur homo honorare patrem suum, & matrem suã, & de amore tacetur: non quia non amandi sint parentes à filijs, sed quia multi filiorum honorare parentes magis quàm amare affecti sunt. Esto quod honor regis iudiciũ diligat, sed sponsi amor, imò sponsus amor solam amoris vicem requirit, & fidem. Liceat proinde redamare dilectam. Quidni amet sponsa, & sponsa

& in idipsum, prout eleganter explicat Mellifluus in appositis, & Doctor Angelicus in 3. dist. 34. q. 3. art. 2. q. 1. ad primum, sic scribens. Quamuis pietas virtus, quæ latria dicitur, ipsi Deo exhibeatur; In hoc tamen accipit aliquid humanum, pro mensura, scilicet beneficium à Deo acceptum, ratione cuius est debitor ei: Sed pietas quæ donum est accipit in hoc aliquid diuinum pro mensura, vt scilicet Deo honorẽ impendat, non quia sit ei debitus, sed quia Deus honore dignus est. Et ideo philosophandum est de pietate sicut philosophatur Mellifluus de amore in appositis, quandoquidem affectus pietatis, sunt affectus sponsæ ad sponsum.

Ex his resultat primò pietatem non esse speciem infimam, & atomã sicut est religio, sed genericam continentem sub se religionem, siue latriam, duliam, & obseruantiam, contentam tamen sub iustitia, cuius pars est potentialis.

Resultat secundo D. Bernardum nec temerè nec leuiter pietatem religioni prætulisse, sed prudenter, & ex solidissimis fundamentis, quorũ primum est vt se antiquioribus eruditionum magistris, præsertim D. Augustino, cuius se perpetuum asseclam profitetur, conformaret. Secundum, vt deuitaret æquiuoca-

amoris? Quidni ametur amor? Meritò cunctis renuncians affectionibus alijs, soli & tota incubit amori, quæ ipsi respondere amori habet in redhibendo amore. Nam, & cum totam effuderit in amorem; quantum est hoc ad illius fontis perenne profluuium.

Textus 2.
Ex cap. 2. Libri de Consid.

Et primo quidem ipsa considератione quid dicam con, sidera. Nō enim id per omnia quod cōtemplationem intelligi volo, quod hæc ad rerum certitudinem, illa ad inquisitionem magis se habeat: iuxta quem sensum potest cōtēplatio quidem definiri, verus certusque intuitus animi de quacunque re, siue apprehensio veri non dubia. Consideratio autem intensa ad inuestigandum cogitatio, vel intentio animi vestigātis verum: quanquam soleant ambæ pro inuicem indifferēter vsurpari.

Doctrina Mell. pro Art. 2.
Textus 1.
Ex Serm. 4. in Natali Domini.

Fornicator semetipsum dehonestat, iniuriosus molestat *tionem ex voce religionis, pullulantem, eandem reseruans ad significandum statum religiosum. Tertium, quia vox pietatis magis congruit Deo, quam religionis, dicitur enim Deus à pietate pius, non autem à religione religiosus. Siquidem Deus nec relegit, ne religit, nec religat se, sed solum homo hæc exercet respectu Dei. Cæterum voces quæ diuersas habent significationes pro eadem aliquando vsurpari non est nouum Mellifluo, sed notissimum. Patet in vocibus consideratio, & contemplatio, quarum qualibet suam habet propriam significationem diuersam ab alia, & tamen fatetur quandoque pro eodem vsurpari. Vide text. 2. lib. 2. de Consid. appositum.*

A R T. II.

In quo definitio religionis data à Theologis conueniat, & differat à denfiitione pietatis data à Mellifluo.

Varias definitiones religionis afferunt Doctores, quæ tamen videntur coincidere. Prima est Goneti hic disp. 3. art. 1. quam communiter tradunt Doctores nimirum, quod sit, virtus quæ superiori cuidam naturæ, quam Di-

uinam

proximum: elatus quod in se est Deum inhonorat. Gloriam meam, Dominus ait, alteri non dabo: & superbus. Ego, inquit, mihi eam (licet non dederis) vsurpabo. Nec enim placet ei Angelica distributio, dans gloriam Deo, pacem hominibus. Non ergo colit Deum, sed aduersus eum extollitur impius plane, & infidelis. Quæ est enim pietas, nisi cultus Dei? Quis vero Deũ colit, nisi qui voluntarie ei subiectus est, & sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, sic oculi cordis eius ad dominum Deum suum?

Textus 2.

Ex tract. in illud Mat. 25. Ecce nos reliquimus omnia.

Exhibeatur ergo sobrietas nobis, iustitia proximo, pietas Deo. Pietas enim cultus Dei est. Sanè vt voluptas, & vanitas elationẽ cordis fouere noscuntur, sic sobrietas, & iustitia pietatem, vt inter hæc latera de fide in fidẽ spe mediante proficiens supereminentiam aliquando teneat charitatis.

Textus 2.

Ex tract. de vita solitaria ad fratres de monte c. 4 n. 9.

uinam vocant, cultum, & ceremoniam assert. *In hac sistunt fere omnes; & probant esse adæquatam, quia constat genere, & differentia. Vox enim (virtus) ponitur pro genere, non enim dubitari potest; quin sit virtus moralis, cum actus omnes ad quos inclinat sint optimi, & virtus ex Philosopho 2. Ethicor. 6. faciat bonum agentem, & opus illius reddat bonũ. Non potest etiam dubitari, quin sit virtus moralis, cum sit affinis iustitiæ, & pars illius potentialis, quamuis hanc particulam Cicero tacuerit, quippe qui virtutes infusas ignorarit. Cætera verò habebunt locum differentiæ, nam per ea distinguitur, primò à Theologicis, non enim respicit immediatè Deum, sicut illa, sed cultum, & reuerentiam, quam quis exhibet Deo. Secũdo distinguitur à moralibus, quandoquidem propinquius, quam aliæ respicit Deum, qui est vltimus finis, ad quem omnia obiecta moralium tandem referuntur. Huic igitur conformis est, quamuis breuior illa, quam tradit Mell. de pietate in appositis, & ideo pro illa sit.*

R E S O L V T.

Pietas conuenienter definitur à

Hanc in hac vita semper quærere per innocentiã manuũ & munditiam cordis ipsa docet pietas; quæ, sicut dicit Iob, cultus Dei est. Quam qui non habet, in vano accepit animam suam, hoc est, frustra viuit, vel omnino non viuit, dum non viuit ea vita propter quam vt in ea viueret, accepit animam suã. Pietas enim hæc est, iugis Dei memoria, continua intentionis actio ad intelligentiam eius, indefessa affectio in amorẽ eius, vt nulla vnquam inueniat seruũ Dei, non dicam dies, sed hora nisi vel in exercitij labore, & proficiendi studio, vel in experientiæ dulcedine, & fruendi gaudio. Hæc est pietas de qua Apostolus dilectum sibi discipulum admonet, dicens: Exerce temetipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas verò ad omne opus bonum est vtilis, habens promissionem vitæ, quæ nũc est, & futuræ. Pietatis enim non solummodò formam, sed & veritatem in omnibus, & præ omnibus habitus vester repromittit, propositum vestrum requirit. Nam sicut Apostolus dicit, sunt aliqui formam quidem pietatis habentes, virtutem au-

Mellifluo in appositis, cum dicitur esse Cultus Dei. *Prob. 1, quia seruat regulas vera definitionis, traditur enim per genus, & differentiam eius constitutiuam, & distinctiuam ab alijs. Si quidem cultus tenet locum generis, alius enim est cultus, qui Deo redditur, alius qui Sanctis, alius qui hominibus. Dicitur autem, Dei, loco differentia, quia per illam distinguitur pietas ab illo cultu, quem virtutes sub illa cõtenta alijs obiectis deferunt. Seruat autem in hac definitione Mellifl. vera definitionis regulas traditas ab Aristotele 6. top. 2. quod sit breuis, & clara, ita vt illa proposita statim, & sine negotio definitum cognoscatur, iuxta quod prolixitas definitionum damnatur, eo quod in descriptiones declinent.*

Cæterum ex circunstantiis huic definitioni appositis in primo textu constat sufficienter pietatem esse virtutem cultum offerentem Deo. Non addit tanquam Creatori, & Domino, quia distinguenda erat etiam á religione, cui essentiale est, colere Deum vt Creatorem, & benefactorem nostrum, siué vt afferentem bona nobis, quod pietati non cõpetit, sed nobiliori quadam ratione, nempe quatenus est in se, & intrinsecé perfectus.

AR-

tem eius abnegantes. Hanc quicunque vestrum non habet in conscientia, non exhibet in vita, non exercet in cella, non solitarius, sed solus dicendus est. Nec cella ei cella, sed reclusio & carcer est. Verè enim solus est, cum quo Deus non est: verè reclusus est, qui in Deo liber nõ est. Solitudo enim, & reclusio sunt nomina miseriæ. Cella autem nequaquam debet esse reclusio necessitatis, sed domicilium pacis, ostium clausum, non latebrę, sed secretum. Cum quo enim Deus est, numquam minus solus est, quàm cùm solus est. Tunc enim liberè fruitur gaudio suo, tunc ipse suus est sibi, ad fruendũ Deo in se, & se in Deo.

Doctrina Mellifl. pro Art. 3.

Text. 1.

Ex Serm. de triplici genere bonorum.

Ab illo autem rerum omnium Domino pietas quærenda est, vt ille cuius natura bonitas, cui proprium est misereri semper & parcere, non respiciat multitudinem iniquitatum nostrarum: sed secundum multitudinem miserationum suarum misereatur nostri. Ipsi enim nos

A R T. III.

An pietas sit naturalis, vel infusa.

Philosophandum est in hac difficultate sicut de cæteris virtutibus moralibus, cum pietas sit & ipsa virtus moralis, est enim à principio libero conformiter ad rectam rationem operante, vt explicat his verbis Mellifluus in 1. textu expressis. Quis vero Deum colit, nisi qui voluntariè illi subiectus est?

Dari pietatem quandam naturalem quæ sit virtus naturaliter inclinans voluntatem sola rectitudine rationis naturalis ad exhibẽdum cultum Deo, consientur omnes, tam Philosophi, quam Theologi post D. Paulum ad Rom. 1. patet enim, quia per actum naturalẽ colimus Deum vt principium naturæ qui quidem naturali ratione cognoscibilis est, ergo & honestas cultus illius est naturalis, & consequenter voluntas potest per naturalem actum cultum illum velle, & exequi, vt rectè Doctores post Caiet. & ipse cum D. Th. in 2. 2. q. 81. art. 2. ad tertium, nisi enim Deus esset cognoscibilis lumine naturali, & cultus illi debitus similiter, nequaquam Apostolus gentigen-

& amorem debemus, & subiectionem cum omni reuerentia & humilitate: Amorem, quia fecit nos, & benefecit nobis: subiectionem, quia super nos est, & hoc præcepit nobis, terribilis in consilijs super filios hominũ. Ita ergo & sanitatem corpori, puritatem cordi, pacem fratri, imitationem sanctis, compassionem mortuis debemus: auxilium ab Angelo, pietatẽ à Deo postulemus.

Textus 2.

Ex tract. de vita solitaria c. 3. 98.

Ipsa est enim professio vestra, quærere Deum Iacob, non communi hominum more, sed quærere faciem Dei, quam vidit Iacob, qui dixit: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Faciem Dei, hoc est, cognitionem eius quærere, Facie ad faciem, quam vidit Iacob, de quà etiam dixit Apostolus: Tunc cognoscam sicut & cognitus sum: & nunc videmus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem videmus eum sicuti est. Hanc in hac vita semper quærere per innocentiã manuum & munditiam cordis ipsa docet pietas: quæ, sicut di-*gentites Philosophos condemnaßet*, quia cũ cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerũt, aut gratias egerunt. *Cum Lex naturalis non nisi ad actus naturales obligare posit. Est tamen verum actum hunc siue cultum nõ posse esse perfectum ex vero Dei amore super omnia cum perseuerantia, sine errorum, & superstitionis admixtione, absque infusa. Cognouit, & simul docuit hanc veritatem Mellifluus cum quo sit:*

R e s o l v t.

Non potest voluntas colendi Deum esse perfecta nisi per pietatẽ infusam, atq; in sua specie supernaturalem. Ita Mellifluus; neq; enim alia ratione mouetur ad consulendum toties pietatem à Deo quærendam, & petendam eße, nisi quia nouerat naturalem illam non esse sufficientem ad perfectũ, & fidelem cultum reddendum Deo.

Prob. tamen 1. ex parte Dei, quia per actum naturalem colimus Deum, vt est principium naturæ: per actum autem infusum colimus eundem vt est primum principium gratiæ, & finis supernaturalis, sed duæ illæ rationes secundum nostrũ modum concipiendi sunt excellentia diuersorum ordinum, sufficien- *tes*

eit Iob cultus Dei est. Quam qui non habet, in vano accepit animam suam, hoc est, frustra viuit, vel omnino non viuit, dũ non viuit ea vita propter quam vt in ea viueret, accepit animã suam. Pietas enim hæc est iugis Dei memoria, continua intentionis actio ad intelligentiam eius, indefessa affectio in amorẽ eius, vt nulla vnquam inueniat seruũ Dei, non dicã dies, sed hora nisi vel in exercitij labore, &c.

Doctrina Mellifiui pro Art. 4. Text. 1.

Ex libro de dignitate, & natura Domini amoris c. 15.

Corporalibus religamur sacramẽtis, ne à Deo recedamus: vnde etiam à religando religio dicitur. Cum vero fidelis anima talibus erudita, talibus incipiet non indigere, & à corporalibus transire ad spiritualia, & spiritualibus ad spiritualium & corporalium conditorem, hoc vere erit exire à sarcinis. Relicto ergo corpore, & corporis omnibus curis, & impedimentis omnium quæ sunt præter Deum obliuiscitur, nihilque præter Deum attendens, quasi se solam solumque Deum existimans,

tes ad distinguendas voluntates colendi Deum, ergo dantur duæ istæ virtutes.

Probatur 2. dari has virtutes morales infusas in homine iusto. Nam illæ virtutes sunt supernaturales secundum substantiam, quæ sunt connaturales proprietates gratiæ sanctificantis efficientes in nobis statum Diuinum; Sed virtutes etiam morales sunt connaturales proprietates gratiæ, ergo debent esse infusæ, & secundum substantiã supernaturales. Minor prob. sicut enim forma naturalis postulat intrinsecas facultates, quibus possit in omni materia conuenienter operari conformiter ad statum suum, & finem naturalem; ita & gratia per quam fit in nobis status supernaturalis postulat principia supernaturalia, quibus possit homo in omni materia conuenienter ad suã naturam operari. Hæc autem principia sunt virtutes morales supernaturales:

RESOLVT. II.

Pietas est virtus infusa. Sequitur ex 1. virtutes morales sunt infusæ, & supernaturales in sua substantia, sed pietas est virtus moralis. Confirm. ex eo quod effectus, qui tribuuntur pietati à Mellifluo

non

Dilectus, inquit, meus mihi, & ego illi. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Deinde venitur ad mortem. Hunc enim transitum ad vitam miseri infideles mortem appellant, fideles autem quid nisi pascha? In morte igitur corporali perfecte moritur mundo, vt perfecte viuat Deo, ingreditur locum tabernaculi admirabilis, ingreditur vsque ad domum Dei, & omnibus bene & secundum ordinem præcedentibus, sicut in principio diximus, pondus suũ vnumquodque defert in locum suum, corpus in terram de qua assumptum est, tempore suo resuscitandum, & glorificandum, spiritum ad Deum qui creauit eum. Sed qui iste transitus ad Deum descriptis omnibus obligamétis, superatisque omnibus impedimentis, perfecta beatitudine, perenni dilectione, ex hoc iam perfecte Deo inhæret, vel potius vnitur vere sancta anima in terra, vt efficiatur vna ex illis quibus dixit: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Hic est finis eorum qui proponunt Hierusalem in principio

non possint attingi ab habitu, & virtute naturalis, ergo infusa pietate opus est.

Possent opponi multa, hoc vnũ tamen sufficiat videlicet, quod nullum habeamus signum, quod sit proprium istius pietatis supernaturalis, sicut nec aliarũ virtutum supernatur alium. Quidquid enim in illis experimur, etiam in puris moralibus experimur. Siquidem per uirtutes purè morales attingimus Deum, vt authorem naturæ, cognoscimus esse colendum, delectamur in cultu, & venerationem cum delectatione exercemus, ergo supernaturalitas nihil addit virtuti morali naturali. Resp. 1. ad illud quod dicitur supernaturalitatem nihil addere naturali virtuti. Distinguo nihil addere quod sit diuersum in ratione rei, concedo; Nihil addere quod sit diuersum in formali ratione obiecti, nego. Nam in nostro casu pietas naturalis attingit Deum, vt principium naturale, & consequenter colitur à nobis vt tale principium. At vero pietas supernaturalis superueniens addit Deo principio naturali excellentiam superiorē ratione cuius colitur, non tanquam pater noster, & rerum omnium creator, sed tanquam primum, & nobilissimum ens, quod quia in se perfectiones om-

lætitiæ suæ, quos vnctio sancti Spiritus docet de omnibus: qui ascensiones in corde suo sapienter disponunt de virtute in virtutem, donec videatur Deus deorum in Sion, Deus deorum, beatitudo beatorum, gaudium bene gaudentium: vnum denique bonum summum omnium bonorum, à fine boni propositi in principio ascensionis vsque ad finem omnis consummationis. Sapientia attingit fortiter fortitudinem ascendi ad se custodiens, ne in ascensu deficiat, & suauiter disponit omnia & aduersa, & prospera, omnia enim in bonum modificans & componens, donec animam ad principium suum reducat, & abscondat in abscondito faciei Dei. Scire autem debet omnis sapiens ascensor non sic esse gradus huius ascensionis, quomodo gradus scalæ, vt singuli affectus istis tantum temporibus, & non alio tempore sint necessarij. Habet quippe vnusquisque affectus in ascensus ordine tempus, & locum suum, quo cooperantibus alijs affectibus suas videat partes sollicitus exequi: sed omnes tamen sibi concurrunt & cooperátur, præueniút, & sequútur, & sępe siút primi nouissimi, & nouissimi primi.

nes continet. cultum etiam ratione sui meretur, ita quod si per impossibile non esset Pater, Creator, & benefactor adhuc cultum mereretur. Ad illud autem quod subijcitur nullum signum reperiri, quo virtus supernaturalis agnoscatur. Resp. hanc esse differentiam inter habitus naturales, & supernaturales, quod illi conferant facilitatem operandi: isti vero conferunt nouam potestatem simpliciter operandi in statu altioris ordinis, hinc fit quod nec vitia expellāt, nec passions coerceant, quia non habent effectus formales vitiis contrarios.

Si obijcias; actus virtutum supernaturalium sunt ita oppositi actibus vitiorum, vt non possint esse simul, impossibile enim est, eodem tempore actum humilitatis supernaturalis, & superbia exercere, ergo principia illorum se expellunt; eodem enim modo principia opponuntur inter se, quo actus principiorum inter se. Resp. principia quæ sunt eodem modo principia concedo quod se expellant. Si vero non sunt eodem modo principia nego: habitus autem naturales, & supernaturales non sunt eodem modo principia, nam naturales sunt principia facilitatis, supernaturales operationis.

Ex serm. 50. in cant. n. 5.

Tu ergo si diligas dominum Deum tuum toto corde, tota anima, tota virtute tua, & amorem amoris illum quo contenta est charitas actualis, affectu ferventiori transiliens, ipso cominus diuino amore (ad quem is est gradus) accepto in plenitudine, spiritu totus ignescas, sapit tibi profectò Deus, & si non dignè omnino prout est (quod vtique impossibile est omni creaturæ) certè prout tuum sapere est. Deinde sapies etiam ipse tu tibi prout es, cum te senseris nil habere prorsus vnde te ames nisi in quantum Dei es: quippe qui totum vnde amas, in illum effuderis. Sapies inquam tibi prout es, cum ipso experimento amoris tui, affectionis quam ad teipsum habebis, nihil dignum esse te inuenies, quod, vel à teipso ametur nisi propter ipsum, sine quo ipse es nihil. Iam verò proximus, quem verè te oportet diligere tanquã te ipsum, vt tibi & ipse sapiat prout est, haud aliud profectò sapiet tibi, quàm tu tibi, qui hoc est quod tu, est enim homo. Qui itaque te non diligis nisi quia diligis Deum, consequenter omnes qui similiter diligunt eum, diligis tanquam tei-

ART. IV.

Vtrum pietas prius vni creaturam rationalem Deo, an creaturas rationales inter se.

Deductio nominis Religio *à verbo religo cuius author est, D. Hieronym. c. 9. prophetiæ Amos, dedit motiuum authoribus inquirendi, vtrum virtus ista prius alliget Deo homines, an homines inter se ad colendum Deum. Lactantius lib. 4. de vera sapientia c. 2. quem sequitur Augustin. volunt religionem dictam a ligando, quod homines alliget Deo, sic autem scribit alios deserens, qui vel à relegendo, vt vult Isid. Etymol. lib. 10. cap. 17. vel à religendo, siuè reeligendo vt placuit Augustin. 10. de Ciuit. c. 4. vel à relinquendo vt indicat Gellius quarto noctiũ. Atticar. c. 9. ex Marrutio Sabino.* Hac conditione gignimur, vt Deo iusta, & debita obse quia præbeamus, hunc solum nouerimus, hunc sequamur, hoc vinculo pietatis obstricti Deo religati sumus, vnde ipsa religio nomen accepit, non vt Cicero interpretatus est à relegendo.

D. Hieronym. approbat quidem hanc

psum. Porrò inimicum hominē, quoniam nihili est, pro eo quod non diligit Deū non potes quidem diligere tanquam teipsum, qui Deum diligis: diliges tamen vt diligat. Non est autem idipsū diligere vt diligat, & diligere quia diligit. Proinde vt tibi & ipse sapiat prout est, sapiet tibi nō quidem quod est, qui vtique nihili est, sed quod futurus forsitan est, quod est prope nihili, quippe quod adhuc pendet sub dubio. Etenim de quo constat quod ad amorem Dei non sit deinceps rediturus, sapiat tibi necesse est non prope iam nihil, sed nihil ex toto, vt pote quod in æternum nihili est. Illo igitur excepto qui non modo iam non diligendus, insuper & odio habendus est, secundū illud: Nónne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebā: de cætero nulli vel inimicissimo homini negari quantulumcunque affectum charitas sanè in hac parte ambitiosa permittit. Quis sapiens, & intelliget hæc? Da mihi hominem qui ante omnia quidem ex toto se diligat Deum: se verò & proximum in quantum diligunt ipsū, inimicum autem tanquam aliquando forsitan dilectutū: por-*hanc Lactantij sententiam, quod religio dicatur à religando; Sed negat dici à religando, quod homines Deo, sed quod homines inter se religet ad Dei cultum, sic autem scribit:* Gregem iustorum, seu electorum fasciculum appellari, quia vna Domini religione cōstrictus est, vnde & ipsa religio á religando, & in fascem Domini vinciendo nomen accepit. *Cui conformis Abulen. in c.* 12. *Exodi q.* 49. *sequitur ad Hieronymi mentem*. Religio dicitur modus specialis colendi Deum, siuè verum, siuè falsos Deos, vocaturq; religio à religando, quia religent se homines illi modo viuendi, & colendi Deum. *Sane quamuis expositio ista quadret nomini religionis prout supponit pro religioso statu, non tamen prout dicit, & denotat Dei cultum, in quo sensu sentētia contra Hierony. à meo Mellifluo dimanauit, quam habet in apposito primo. Quid igitur dicendum?*

RESOLVT.

Pietas prius alligat, & vnit homines Deo, quam homines inter se. Sequitur ex dictis, quia si religio vnit homines Deo deducens illos ad colendum Deum, vt Cre-

rò parentes carnis suæ germanius propter naturam, spirituales verò eruditores suos profusius propter gratiam: atque in hunc modum ad cętera quęque Dei ordinato intendat amore, despiciens terram, suspiciens cœlum, vtens hoc mũdo tanquã non vtens, & inter vtenda, & fruenda intimo quodã mentis sapore discernens, vt trãsitoria, trãsitoriè & ad id dũtaxat quod opus, & prout opus est, curet, æterna desiderio amplectatur æterno: talem, inquam, da mihi hominem, & ego audacter illũ sapientem pronuncio, cui nimirum quæque res reuera sapiunt prout sunt, & cui in veritate, atque securitate competit gloriari & dicere: Quia *ordinauit in me charitatem.* Sed vbi ille, aut quando ista? Quod flens dico, quousque odoramus & non gustamus, prospicientes patriã, & non apprehendentes, suspirãtes, & de longe salutantes? O veritas exulum patria, exilij finis, video te, sed intrare non sinor carne retentus, sed nec dignus admitti, peccatis sordens. O sapientia quæ attingis à fine vsque ad finem fortiter in instituendis & continendis rebus, & disponis omnia suauiter in

atorem, Patrem, & benefactorem; quanto magis pietas, quæ homines eleuat ad gradum longe sublimiorem, nempé ad colendum Deum propter suas intrinsecas, & infinitas perfectiones. Secundo Lactantius tribuit hunc effectum formaliter pietati; religioni tantummodo imperatiué, vel directiué. 3. quia pietas sequitur motum, & ordinẽ charitatis, charitas prius vnit creaturas intellectuales Deo, quam illas inter, se ergo. Ideo Mellifl. ser. 5. de modo bene viuendi ait, Deus diligendus est propter semetipsum, quia est summe bonus, & creauit nos, charitas est dilectio, quæ Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum. In primo loco diligitur Deus, in seipso, in secundo diligitur proximus in Deo, hoc est in bono.

Posset obijci ex epist. 8. ad Brunonem Coloniensem electum: Primus pietatis gradus est, de quo scriptũ est miserere animæ tuæ placens Deo, ex hoc autem ad miserandum proximo recto tramite charitas ordinate procedit. *Quibus verbis docet Mellifl. pietatem ex timore nasci, & ab ea ducere exordium. Sed considerandum, est aliter pietatem nasci, & inchoari, aliter perfici, & consummari, philosophandum enim est de*

beandis & ordinandis affectibus, dirige actus nostros prout nostra temporalis necessitas poscit, & dispone affectus nostros prout veritas æterna requirit, vt possit vnusquisque nostrum securè in te gloriari, & dicere: Quia ordinauit in me charitatẽ. Tu es enim Dei virtus & Dei sapientia Christus sponsus ecclesiæ Dominus noster super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

Doctrina Mellislui pro Art. V. Ex Sermon. de triplici genere bonorũ.

In Domino autem non solũ pietas quærenda est, sed & in eũ tota affectio dirigenda, vt diligamus nos propter ipsum, & suspiciamus quæ sit illa maiestas, quæ cuncta faciat, cuncta contineat, & in quam desiderant rationabiles creaturæ prospicere. Hæ sunt semitæ spiritualis exercitij, in quibus religiosa mens & dilatatur, & delectatur, eorum, quæ sunt retro oblita: & ad interiora, id est, æterna bona se extendens, sequitur ad palmã supernæ vocationis. Nunquid non supra naturam beatus iste Andreas Apostolus, cuius solennitas præ manibus est, transilierat, qui dicebat. O bona crux diu desiderata, etiam concupi-*pietate sicut de timore qui triplex statuitur ad Harphyo lib. 1. suæ Theolog. cap. 66. (relinquendo pro nunc triplicem illum, quem vocat foedum, mundanum scilicet, humanum, & seruilem) initialis, filialis, & castus. Est autem initialis, virtus qua à Mellifluo dicatur prima virtus initium sapiẽtiæ, & tutius religionis exordium, sine qua nulla virtus potest pullulare, ex qua nascitur filialis, & castus, qui manent in perfectis. Et iuxta hoc pietas nascitur ex timore & propria miseriæ notitia, vbi vero consumata fuerit, á Deo suos actus orditur, & inchoat.*

A R T. V.

Vtrum pietas sit vna virtus.

Vt D. Bernardi mentem assequamur, illiusq; doctrinam omnia pietati tribuentem, qua religioni recentiores adscribunt, præmittẽdum & notandum videtur duo hæc nomina, pietatis videlicet, & religionis non fuisse penes antiquos Patres, & Philosophos ad vnum significatum restricta, & coarctata, sed modo strictius, modo latius illis vsos, prout materia, qua ab illis tractabatur, exigebat. Ducor primo quia cum Augustinus lib. 10. de Ciuit.

ſcenti animo præparata, ſecurus & gaudens venio ad te? Alterati hominis eſt iſta vox, & qui de bonis naturæ ad gratiæ bona ſurrexerat: vt non ſolum gloriaretur in ſpe, ſed & in tribulationibus, & gaudens iret à conſpectu conſilij, quòd dignus eſſet pro nomine Iesv contumeliam pati. Non modo enim patienter, ſed & libenter, verum & ardenter ad tormenta ſicut ad ornamenta, ad pœnas ſicut ad delicias properabat.

Text. 2.

Ex tract. de vita ſolitaria ad fratres de monte c. 16. n. 67.

Ecce pietas eſt ſapientia, abſtinere verò à malo, ſcientia eſt. Sapientia enim pietas eſt, hoc eſt cultus Dei, amor quo eum videre deſideramus, & videntes in ſpeculo & in ænigmate credimus, & ſperamus, & in hoc proficimus vt eum videamus in manifeſtatione. Abſtinere verò à malis, ſcientia temporalium eſt, in quibus nos ſumus, in quibus tantum abſtinemus à malis, in quantum ad bona ſtudemus.

Text. 3.

Ex Serm 1. de pugna ſpirituali.

nit. quem ſequuti ſunt multi vna cum Iona Aurelian. lib. 1. de cultu imaginum dicente religionem iuxta latine loquendi conſuetudinem non imperitorum, ſed doctiſſimorum, non ſignificare ſolum Dei cultum, ſed etiam officium, quod hominibus cognatis, & affinibus, vel alia quacunq; ratione coniunctis, exhibemus. Hanc ſententiam expendens D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 1. ad 2. late religionis voce vſum fuiſſe pronunciauit.

Confirmor in hac ſententia à Saluiano lib. 2. ad Eccleſiam Catholicam, vbi ſecutus Mercurium Triſmegiſtum pro ſcientia dei religionis nomen vſurpauit. Religio, inquit, ſcientia Dei eſt. *Quod à Firmiano Lactantio lib. 4. de vera ſapientia c. 4. dicitur profluxiſſe ex eo, quod Religio Dei notitiam ſupponat, ait enim.* Sed ſapientia præcedit, religio ſequitur, quia prius eſt Deum ſcire, conſequens colere, *& ideo ſapientiæ nomen, quæ eſt pars religionis, pro toto complexu religionis cognitione, & affectu conſtante ſumpſiſſe, & vſurpaſſe.*

Non deſunt etiam, qui vocem religionis pro ſolicitudine mentis poſuerint, ſic enim legimus dixiſſe Cicer. declarans quorundã hominum orationem eſſe attenuatam

Veniens autem Spiritus sanctus, & visitans miseram animã per septiformem gratiam suam, primum infundit ei timorem, timori subinfert pietatem, vt miseriam timoris suauitas consoletur pietatis: pietati scientiã, scilicet vt sciat vti & timore, & pietate, ne à timore tristitia abundantior absorbeat, ne à pietate præsumptio vana præcipitet: scientię fortitudinem, scilicet contra tentationes, & vt proficiatur in bono: non tantũ scientiæ, sed etiam fortitudini consilium suffragatur, ne scientiæ, & fortitudini nimium credatur.

Pro Textu 4.

Vide Textum primum positum in Articulo 7.

Sequenti est enim ad rem, & lege totum attente.

Text. 4.

Ex Serm. in Dom. 1. per oct. Epiph.

Deficiente vino dixit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Compassa est enim eorum verecundiæ, sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte pietatis procederet, nisi pie-nimia religione, *idest solicitudine, & anxia cura. Simili modo religionis nomine significari conscientiæ scrupulum testis est Terentius in Andria, de quo dixit* dignus es odio cum tua religione. *idest cum tuo timore, & scrupulo. In quo sensu vsus est frequenter hac voce Cicero, vnde est*, Religionem inijcere, *idest conscientiæ scrupulum*. Aliquid esse religioni. *Idest in debito conscientiæ. Siquidem intelligere potuerunt gẽtiles Philosophi (vt præmissum est) timorem conscientiæ ad cultum Dei aliquo modo pertinere, & e conuerso contra conscientiam agere, nihil aliud eſse quam diuinam laceſsere Maiestatem. Denique vsitatã hanc veré pro omni officio, quod alicui ex quocunq; munere præstatur, testatur Cicero 4. in Verrem, vbi habet, Ego, quos adhuc magistratus mihi populus Romanus mandauit, sic accepi, vt me omnium officiorum religione obstringi arbitrarer. En quam latum, & quam ampliatum inter Maiores nostros humanæ eruditionis Coryphæos religionis nomen.*

Sed non minus diuersimodè vsi sunt pietatis voce, de qua lego quidem apud omnes cultum Dei denotaſse, sed modo stricte, modo late, sicut de religione dictum est.

pietas? Nónne qui pomũ in manu ſua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi ſeruabit odorem? Quantum igitur viſcera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouem mẽſibus requieuit? Nam & antè mentem repleuit, quàm ventrem: & cum proceſſit ex vtero, ab animo nõ receſſit. Durior fortaſſe, & auſterior videri poſſet reſponſio Domini, ſed nouerat ille cui loqueretur, & quis loqueretur, illa non ignorabat. Denique vt ſcias quomodo reſponſum ipſum acceperit, aut quantum de filij benignitate præſumpſerit, ait miniſtris: *Quæcumque præceperit vobis, ſeruate, & facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ*. Has nunc hydrias purificandis veris Iudæis non litera, ſed ſpiritu, neceſſe habemus apponere, vel magis appoſitas demonſtrare. Quia enim nondum peruenit Eccleſia ad perfectam purificationem, quando eam ſibi Chriſtus exhibebit glorioſam non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſmodi: multis interim purificationibus opus habet, quatenus ſicut abũdant peccata, abundet indulgẽtia: ſicut multiplicatur miſeria, ſic & miſericordia: niũ quòd nõ

Primo namq; pro cultu Dei, quæ ratione á religione nõ diſtinguitur; ita omne opus bonum hoc nomine indicatur, ac monet Timot. Apoſt. 1. Epiſt. cap. 4. vt ſeipſum ad pietatem exerceat, eam ad omnia vtilem vocans. Definiturq; ab Aug. Epiſt. 52. verax Dei cultus; vnde omnia recte viuendi officia dicuntur, & Euſebius de præparat. Euang. lib. 8. dicit omnes virtutes eſſe velut partes pietatis. Et ideo Theodoſius Imperator omnem Chriſtiani hominis felicitatem in pietate conſtituebat, illamq; filio moriens tanquam pretioſiſsimam hæreditatem commendaſſe teſtatur, Nicephor l. 13. cap. 1. hiſt.

Secundo accipitur pro miſericordia, ſiue benignitate, & ſic tribuitur Deo quando appellatur Pius, Pater, Clemens, miſericors.

Tertio pro virtute ſpeciali, qua parentes tanquam vitæ, & educationis authores poſt Deum colimus. In hoc ſenſu accipitur à D. Thom. 2. 2. q. 101. & definitur ab Auguſt. lib. 83 qq. q. 3. ex Cicerone, virtus per quã ſanguine iunctis, patriæq; beneuolis, officium &c. diligens cultus tribuitur.

Confirmat hanc doctrinam Guglielmus Eſtius in cap. 4. 1. ad Timoth. ſic ſcribens n. 4. Pietas verum, & rectum Dei cultum ſignificat

sicut delictum, ita & donum. Gratia enim non solum peccata lauat, sed & merita donat.

Text. V.

Ex Serm. in Psal. 23.

De cætero quoque ne in vano acceperimus animas nostras rationales, exerceamus nos in operibus bonis, & consilio rationis vtamur. Quomodo enim non frustra humanam accipit homo animam, qui tanquam vnum ex irrationabilibus animantibus incubans corporeis voluptatibus, solum sequitur carnis appetitũ? Addit quoque propheta: Nec iurauit in dolo proximo suo. Sicut enim munditiam intra nos, erga proximũ innocentiã conuenit obseruari: sic & in nobis, & erga proximũ exercenda virtutis opera, opera pietatis. Non ergo simus nobis inutiles, ne in vano receperimus animas nostras: non simus inutiles proximo nostro; ne in vano ei iurasse probemur. Nouit figmentum nostrũ spiritus qui loquebatur per prophetam, nec de vtilitate proximi simpliciter voluit commonere. De iuramẽto nos conuenit, vt agnoscamus debitum, vt promissam fidem

ficat, maximè in sacris literis: hebræa phrasi timor Domini vocatur frequentissimè commendatus in scriptura veteris Testamenti. Syrus interpres iustitiam vertit. Complectitur pietas authore Chrysostomo fidem puram, vitamq; rectam, quatenus scilicet ijs colitur actionibus quibus Deo placetur, atq; seruitur; huiusmodi sunt omnium virtutum actiones ad Deum relata, & non sola opera misericordiæ, quibus subuenitur necessitati proximorum, vt vult Ambrosianus.

In eundem sensum concurrit Vgo Card. in psal 64. obseruans pietatem iuxta sui oppositi impietatis nimirũ naturam multiplicari. Ait enim sicut triplex est pietas, scilicet in Deum, in parentes, & in proximum.

Cum igitur ab antiquis authoribus tam pietatis, quam religionis nomina fuerint ad diuersa significata applicata, non debebit videri mirum, si Melifluus aliquãdo pietatis vsus fuerit nomine modo strictè, & propriè, pro habitu dirigente cultum ad Dei perfectiones intrinsecas, modo latè, & ample pro cultu ordinato ad Deum vt Creatorem, ad sanctos, & ad parentes. Sit igitur pro concordia.

irritam facere vereamur. Omnes enim proximis iurati sumus cum quibus in ecclesię venimus vnitatem. Et hæc professio fidei Christianę, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est.

Text. VI.

Ex Serm. de quadruplici debito.

O si cognouisses & tu, quàm multa, & quàm multis debeas: videres quàm nihil sit quod facis, quàm nec inter minima numerandum ad comparationem debitorum tuorũ. Vis scire quæ, & quibus debeas? Primo Christo Iesu debes omnem vitam tuam, quia ipse vitam suam posuit pro vita tua: & cruciatus amaros sustinuit, ne tu perpetuos sustineres. Quid tibi dirũ, vel durum esse poterit, cum recordatus fueris quia ille in forma Dei, in die æternitatis suæ, in splendoribus sanctorum ante luciferum genitus, splendor & figura substantiæ Dei: venit ad carcerem tuum, ad limum tuũ, infixus (vt dicitur) vsque ad cubitos in limo profundi: Quid non suaue tibi, cum tibi collegeris omnes amaritudines Domini tui, & memoraberis primũ

RESOLVT. I.

Si pietas sumatur strictè, & propriè, est vna vnitate specifica infima, & atoma distincta à Religione propriè, & strictè sumpta.

Prob. ex primo textu, ex quo habetur dari virtutem inclinãtem voluntatem ad amandum Deum propter se, ergo debet etiam dari virtus qua inclinet voluntatem ad colendum Deum propter se.

Prob. 2. ex secundo text. in quo pietas dicitur sapientia, cuius proprium est inuestigare res supernaturales per altissimas, & nobilissimas causas, ergo pietas nobilissimum modum colendi Deum inuestigabit. Nobilissimus cultus est ille, quo Deus colitur propter se: Ergo pietas colet Deum propter se.

Tertio ex D. Thom. 1 2. q. 106. art. 1. ad 1. sic loquente. Sicut religio est quadam superexcellens pietas. Quibus verbis supponit dari pietatem, qua religionem excedat, quandoquidem per illam nobilitatur religio, non potest autem dari pietas nobilior illa, qua colit Deum propter se, ergo datur talis virtus, qua Deum colit propter se.

Quarto prob. hac ratione. Illi habitus sunt inter se formaliter distincti, quorũ obiecta formalia inter se distinguntur, sed obiectum pie-

quidem illatum infantilium necessitatum: deinde laborũ quos pertulit in prædicando: fatigationum in discurrendo: tentationum in ieiunando: vigiliarũ in orãdo: lachrymarum in compatiendo: insidiarum in colloquendo: postremo periculorum in falsis fratribus, conuitiorum, sputorum, colaphorum, flagellorum, irrisionum, subsannationũ, exprobationum, clauorum, horumque similium: quæ in salutẽ nostri generis triginta & tribus annis operatus, & passus est in medio terræ? O quàm indebita miseratio: quàm gratuita, & sic probata dilectio: quàm inopinata dignatio: quàm stupenda dulcedo: quàm inuicta mansuetudo: regem gloriæ pro despicatissimo vernaculo, imo vermiculo crucifig? Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Vix enim pro iusto quis moritur: ipse pro iniustis, & inimicis mortuus est, eligens exulare à cœlis, vt nos reportaret ad cœlos: amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis. Quid retribuã Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Nõnne si conferrentur in me omnes vitæ filiorum Adam, & omnes dies sæculi, & labores omnium ho-

pietatis formale formaliter distinguitur ab obiecto formali religionis: ergo. Minor sufficienter ex dictis patet.

Quinto. Religio non magis distat à Dulia, quã à pietate propriè sumpta: sed religio, & Dulia constituunt duas species distinctas, ergo multo magis religio, & pietas, si strictè, & propriè vtraque sumatur.. Minor probabitur in art. seq vbi afferetur distinctio.

Obijc. hoc obiectum formale Diuini cultus, quo Deus colitur ratione sui relicta mensura retributionis, & largitionis bonorum est obiectum pietatis illius, quæ est donum Spiritus Sancti, ergo non est obiectum distinctiuum pietatis, quatenus est virtus moralis infusa, de qua hic agimus. Resp. nos præscindere à pietate quatenus donum, & à pietate quatenus virtus, consideramus enim pietatem in ordine ad cultum, & dicimus dari cultum nobiliorem cultu religionis, quia hæc colit Deum vt Patrem, Creatorem, benefactorem, & ideo quatenus est bonus nobis; pietas autem, siuè sit donum, siuè virtus infusa semper habet obiectũ nobilius, quia colit Deum sub nobiliori formalitate, nempe in quadã nuditate, & anihilatione omniũ solum attendendo ad magnitudinẽ

minum qui fuerunt, qui sunt,& qui erunt,nihil esset ad comparationem corporis illius, quod spectabile,& stupendum est virtutibus etiam supernis in conceptu de Spiritu Sancto, in ortu de virgine,in vitę innocentia,in doctrinæ affluentia, in coruscationibus miraculorum, in reuelationibus sacramentorum? Vides igitur quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltata est vita illa à vita nostra:quæ tamen posita est pro vita nostra:Sicut nihil ad aliquid nullá habet comparationem, ita & vita nostra nullam habet ad vitá illius proportioné, cum illa dignior, ista miserior esse non possit.Nec me putes rem exaggerare sermonibus: quia hic deficit omnis lingua, nec sufficit oculus vel ad intuendum tantæ dignationis arcanum.Cum ergo ei donauero quicquid sum,quicquid possum: nonne istud sic est sicut stella ad solem, gutta ad fluuiũ, lapis ad montem, granũ ad aceruum? Non habeo nisi minuta duo,imo minutissima corpus & animá, vel potius vnum minutum, voluntatem meam:& non dabo illam ad voluntaté illius, qui tantus tantillum tantis beneficijs præuenit,qui toto se to-

Dei in se, & propter se, idest colit Deum non in his, quæ nobis tribuit, nec iuxta mensuram beneficiorum, sed propter ipsum, & in idipsum iuxta Psal. 72. Ad nihilum redactus sum, &c. Defecit caro mea,& cor meum &c. Mihi adhærere Deo bonũ est Psal. 15. Dixi Domino Deus meus es tu,quoniam bonorum meorum non eges.

Posset addi pietatem vt virtus est, tendere in hoc obiectum præsupposita cognitione Dei per fidem, & gratiam; vt donum vero ex peculiari aliquo dono Spiritus Sancti, quod est proprium donorum, & sic negare antec.cum Scoto,qui virtutes infusas morales à donis non distinguit: hoc autem innuit Mellifluus in tertio, cum ait Veniens Spirit. Sanctus, & visitans miserã animã. Ostendit enim donũ distingui ex motione non ex obiecto,

R E S O L V T. II.

Si pietas sumatur laté, erit vna vnitate potentiali: prob: nam partes potentiales sunt illæ quæ non habentes totam essentiam, & vim principalis virtutis, participant tantantum aliquid de illa, & habent cum illa aliquam similitudinem, sicut intellectus, & voluntas sunt partes potentiales animæ, quia non

con-

tum me comparauit? Alioquin si illam retinuero, qua fronte, quibus oculis, qua mente, qua conscientia vado ad viscera misericordiæ Dei nostri, & audeo perfodere illud fortissimũ propugnaculũ quod custodit Israel, & illius sanguinis non guttas, sed vndas à quinque partibus corporis in meum pretium detorquere? O generatio peruersa, & infideles filij, quid facietis in die calamitatis de longe veniẽtis? ad cuius fugietis auxilium? Sed nunquid huic soli debitor sum, cui vix parũ aliquid retribuere possum? Exigunt à me præterita peccata mea futuram vitam meam, vt faciam fructus dignos pœnitentiæ, & recogitẽ omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et ad hæc quis idoneus? Peccaui super numerum arenæ maris: & multiplicata sunt peccata mea, & non sum dignus videre altitudinem cœli præ multitudine iniquitatis meæ: quoniam irritaui iram tuam, & malum coram te feci. Circumdederũt me mala quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meç, & non potui, vt viderem. Quod ergo sine numero est, quomodo numerabo? Quomodo satisfa-

continent totam virtutem illius. Sed religio, Dulia, & obseruantia sunt huiusmodi respectu pietatis latè sumptæ, ergo pietas latè sumpta erit totum quoddam potentiale respectu illarum partium, quæ sub illa continentur. Maior est definitio. Min. probatur, quia religio, Dulia, & obseruantia licet ordinent cultum ad Deum, attamen non pertingunt ad perfectionem illam heroici cultus, quem pietas exercet, sed participant tantum de illa, & habent aliquam cum illa similitudinem.

Confirm. quia ita se habet pietas latè sumpta ad religionem, Duliam, & obseruantiam, sicut iustitia ad religionem, gratitudinem, obseruantiã &c. Sed iustitia est tantum totum potentiale respectu istarum, quia non adæquant totam perfectionem illius, sed imitantur duntaxat, & conueniunt cum illa in aliquo, non autem in omni perfectione, sicut faciunt partes subiectiuæ, quæ totum cõtinent genus. Ergo & aliæ species respiciẽtes cultum erunt partes potentiales respectu pietatis, quatenus deficiunt à perfecto modo colendi Deum, & modum illius imitantur.

Tertio prob. quia, cum voluntas exercet cultum latriæ, duliæ, & obseruantiæ, hoc facit ex influxu, & me-

ciam cum cogar reddere debitũ vſque ad nouiſſimum quadrantem? Sed & delicta quis intelligit? Ait illa cœleſtis fiſtula Ambroſius: Facilius inueni eos qui innocentiã ſeruauerunt, quàm qui congruã egerunt pœnitẽtiã. Sed & quantumlibet pœniteat, quãtũlibet ſe affligat & maceret, propter nomen tuũ, nõ propter meum meritũ propitiaberis peccato meo Domine (ait iuſtus) multũ eſt eni. Cũ ergo quicquid viuis, quicquid ſapis, quicquid habes, quicquid potes, huic vni rei dedicaueris, nũquid aliquid eſt, vel inter aliqua computandum? Paulo ante vitam tuam pro vita ſua Chriſto reddideras: & nunc iterum eam totam præcedentiũ exigit recordatio peccatorum. Nunquid (vt vulgo dicitur) de vna filia duos generos ſtatuiſti facere? Quid ſi tertium tibi debitorem oſtendam, qui non minus acriter quàm veraciter vendicat eam ſibi? Puto quòd & tu poſſidere deſideras ciuitatem, de qua dicitur: Glorioſa dicta ſũt de te ciuitas Dei. Gloriam illam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, regnum omnium ſæculorum viuere in æternum, in perpetuas hæredi-

motione pietatis, qua tanquam primum illius generis virtute ſua partes potentiales mouet, vnde eſt tritum illud, perfecte diſpoſitum in ſuperiori eſt etiam perfecte diſpoſitũ in inferiori. Colligitur ex textu 4. in quo dicitur de Beata Virgine, quod non potuit effundere niſi pietatem, quippe qua fontem pietatũ, id eſt perfectiſſimum cultum exerceat.

Quarto prob. diuiſio iſta à ſimili: nam poſtquam D. Th. 2. 2. q. 141. virtutes tanquam per partes potentiales temperantiæ numeraſſet, nempè continentiam, manſuetudinem, clementiam, & modeſtiã; rurſus qu. 160. art. 2. quatuor alias ſub eadem modeſtia collocat, videlicet humilitatem, ſtudioſitatem, modeſtiã morũ, quæ ad Eutropeliã reducitur, & modeſtiã cultus, cuilibet aſsignãs propriũ officiũ: ergo pietas poterit habere partes potẽtiales.

Pro præſentis difficultatis completa notitia obſeruandum eſt D. Bernardũ toties de pietate ſcribentem, nunquam in numero plurali, ſed in ſingulari duntaxat de illa ſcripſiſſe vt facile eſt in omnibus, per hunc tractatum adductis dictũ hoc iuſtificare, & hoc procul dubio ſignum eſt pietatem vnitate gaudere: non poteſt autem ad alias vnitates reduci, ergo ſtandum eſt reſolu-

tates. Credo quòd velis esse æqualis Angelis Dei in Cœlo, esse etiam hæres Dei, cohæres Christi, & in plateis supernæ Sion melos Angelicum auscultare, & videre quicquid illud sit, cum Christus tradiderit regnũ Deo patri; & erit Deus omnia in omnibus: postremo esse similis Deo, & videre eum sicuti est. Nec dubito quin & concupiscas suspicere, & vmbras declinantes, & diem aspirantẽ, cum illuxerit illa solennis dies, & nubila rerum excusserit: quando iam non inclinabitur dies, sed erit æterna meridies, quando erit plenitudo feruoris, & lucis, solis statio, tenebrarum exterminatio, desiccatio paludum, fœtorum depulsio. Nónne ad hoc emendũ, totum te, & quæcunque, & vndecunque contrahere poteris, dare oportebit? Et cum vniuersa compleueris, non tamen putes esse cõdignas passiones huius temporis, vel corporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. An sic impudens es, vel imprudens, vt minutũ tuum, quod sibi tam Christi vita, quàm peccati pœnitentia certatim rapiunt, etiam ad hoc conquirendum vel audeas numerare? Quid dices, si &

lutionibus præmissis.

Mirum etiam est quod tantos, tamq; diuersos actus pietati tribuens, nempe vnionis per cognitionem, & amorem cum Deo, vt in 1. & 2. consolationis, & suauitatis in 2. & charitatis, & misericordiæ, vt in 5. & plures alios, quos textus per hunc tractatum sparsi legentibus subministrant, stylum tamen, & modum loquendi non mutarit: sed semper in singulari pietatem nominarit, vt indicaret sine dubio pietatem suam habere vnitatem, ista autem vnitas non potest aliter explicari: non enim potest reduci ad vnitatem integralem, quia quælibet virtus, cum sit vna simplex qualitas omnino indiuisibilis, non potest ex partialibus habitibus, vel actibus coalescere. Non ad vnitatem essentialem, cuius partes subiectiuæ totum id quod est diuisi, continent: Latria enim, & dulia perfectionem pietatis non continent. Restat igitur quod sit vna vnitate potentiali, quandoquidem partes illius potentiales ad actus minus principales ordinantur deseruiẽtes principalissimo, qui à pietate stricte sumpta exercetur. Ita ex Soto 7. de iustitia per proportionem ad religionem de qua disputat, & in q. 82. art. 3. & 4. Caietanus, Valentia, Aragonius.

Qua-

quartum debitorem in mediũ adduxero, qui sibi etiam iure primatus sui superiores tres cedere velit? Ecce in ianuis est qui fecit cœlum & terrã, & creator tuus est, tu creatura: tu seruus, ille dominus: ille figulus, tu figmentum. Totum ergo quod es, illi debes, à quo totum habes, illi præcipue Domino qui & te fecit, & benefecit tibi, qui tibi ministrat siderum cursus, aeris temperiem, fœcunditatem terræ, fructuum vbertatem. Huic reuera totis medullis, totis viribus seruiendum: ne forte indignationis oculo te respiciat, & despiciat, & conterat in ęternũ, & in sæculum sæculi. Non arbitror autem quòd te tanta sepiet insania, vt & hic minutum tuũ nominare nedum numerare præsumas. Expone ergo mihi cui horum quatuor proponas reddere quod debes: cum vnusquisq; tam internus, quàm externus exactor sit, vt te possit singulatiter suffocare. Eia Domine vim patior: responde pro me. In manus tuas commendo minutũ meum: tu persolue omnibus tu ab omnibus libera, quia tu es Deus, & non homo: & quod hominibus impossibile est, possibile est tibi. Quod habui, & fe-

Quæres forte vtrum actus isti pietatis possint habere rationẽ veræ iustitiæ & satisfacere Deo ad æqualitatem, ita vt cultu illo exhibito, nihil vlterius possit Deus à Creatura exigere: Durandus affirmat in 4. d. 24. q. 2. vbi vult pœnitentiam, quæ pars est potentialis iustitiæ, quatenus Deo reddit satisfactionem, esse propriam iustitiam commutatiuam, qualis inter homines. Primo quia debitum ad Deũ est rigorosum, non minus quam ad hominem, vnde differentia illa, quod persona, cui redditur debitum, sit homo, vel Deus, materialis videtur, quantum spectat ad formalitatem debiti: Secundo, quia quod homo non possit reddere æquale, etiam videtur accidentarium ad essentiam virtutis, quia virtus non respicit effectum, sed affectum ex D. Th. q. 81. art. 6. ad 1. & de facto frequenter contingit, quod debitor non potest soluere æquale ex defectu facultatis, & nihilominus dando affectum soluendi quantum quis potest, elicit actum virtutis, & honestatis. Ad hoc etiã inclinat pietas, quia si non reddit æquale non est ex parte affectus, sed ex impotentia subiecti, ex qua non variatur ratio virtutis.

ci. Domine habe me excusatũ: quia imperfectum meum viderũt oculi tui. Quis ergo amplius grunniet dicens: Nimium laboramus, nimium ieiunamus, nimium vigilamus: cum nec millesimæ, imo nec minimæ parti debitorum suorũ valeat respondere? Hęc est fortasse, fratres, illa vera vestra quadragesima, non exterior, sed interior, quæ non corticem Sacramenti, sed adipẽ frumenti contineat. Si enim vnicuique istorum quatuor & pro se, & per se omnem decalogi perfectionem debetis: profecto decẽ quater ducta quadragesimam vestram faciunt: quam custodire vos oporteat omnibus diebus vitæ vestræ. Et ipse qui vos congregauit in loco isto, vitam vestram conseruet in opere sancto: vt cum ipse apparuerit vita nostra, & vos appareatis cũ ipso in gloria.

RESOLVT. III.

Non potest homo per vllum cultum reddere Deo aequale debito, ita vt Deus nihil possit vltra petere sine iniuria facta creaturæ. Ita Mell. in apposito, quem sequuntur Scotus D. Th. Vasq. 1. 2. dist. 223. 3. pag. disp. 7. ratio, qua deducitur ex Mell. tex. 6. est, quia vbi ius creditoris ita essentialiter est inadaquabile, vt nulla pars eius extingui possit per vllum actum debitoris, ibi non potest esse perfecta iustitia, sed id quod homo debet Deo ita est essẽtialiter inadquabile, vt nulla pars eius per vllum hominis actum extingui possit, ergo. Pro minori lege textum.

Ad primam rationem in contr- concedo debitum creaturæ ad Deũ esse rigorosius quocumq; debito propria iustitia, sed hoc auges debitũ supra omnem iustitiam. Sic enim docent Caiet. 2. 2. q. 57. art. 4. & Soto de Iustit. lib. 1. q. 1. art. 4. inter Patrem, & Filium esse plusquam ius, & ideo minui rationem iusti, sed augeri ratione debit. Hinc ad rẽ Mell. de diligendo Deo ad Haymericũ. Diligam te Domine fortitudo mea, firmamentum meum, & refugium meum, liberator meus: & meum denique quidquid optabile, atq; amabile dici potest. Deus meus adiutor meus, diligam te pro dono tuo, & modo meo minus quidem iusto, sed planè non minus posse meo. Qui etsi quantum debeo non possum, tamen vltrá quã possum. Potero verò plus, cum plus donare dignaberis, nunquam tamen prout dignus haberis. Imperfectum meum viderunt oculi tui, sed tamen in libro tuo om-

nes scribentur, qui quod possunt faciunt, etsi quod debent non possint. Satis, quantum reor, apparet, & quonã modo Deus diligendus sit, & quo merito suo. Quo, inquam, merito suo. Nam quanto, cui sané appareat quis dicat? quis sapiat.

Ad secundam dico verum esse argumentum, quando impotentia reddendi nascitur ab extrinseco, & ex debiti magnitudine, seu quantitate materiali, & quasi homogenea: secus vero quando impotentia est ab intrinseco, idest ex debiti excellentia, quod est alterius ordinis, & debitor nihil habet proprium, vt in nostro casu.

Doctrina Mell fl. pro Art. 6. Text. 1. de 1. Vnguento.

Ex Serm. X. in cant. n. 5.

Est ergo vnguentum quod sibi conficit anima multis irretita criminibus, si, eum incipit cogitare vias suas, colligat, congerat, conteratque in mortariolo conscientię multas, ac varias species peccatorum suorum, & intra æstuantis pectoris ollam simul omnia coquat igne quodam pœnitentiæ, & doloris, vt possit dicere cum Propheta, concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Ecce hoc est vnum vnguẽtum, quo anima peccatrix suæ conuersionis primordia condire debet, plagisque suis recentibus adhibere. Primum namque sacrificium Deo spiritus contribulatus.

ART. VI.

Quid intelligat Mellifl. per unguentum pietatis.

Vnguentorum vsum, non eorum modo quæ expice, resina, cera, therebintho, & similibus conflata chirurgis ad vulnerum curationem deseruiunt; sed eorum etiam quæ ex variorum odorum addito balsamo, oleo, vel alio quouis liquore ad vngenda corpora cõstrui solent, vsum, inquam, istorum vnguentorum familiarem, & frequẽtem fuisse priscis temporibus Pomponij Iuriscons. Galeni, Dioscorid. Athen. Plinij, Plauti, & aliorũ istis coæuorum eruditissima volumina testantur. Athen. enim lib. 15. tradit veteres vsque adeo fuisse Hidoroiphis, idest vnguentorum studiosos, vt singulis corporis partibus, & membris, singula vnguẽta accomodarent. Vtrum vsus iste à gen-

Confirmat. ex Serm. de Maria Magdalena n. 4.

Primum vnguentum contritionis est de recordatione peccatorum de spiritu contrito, & contribulato descendens. Hoc infundūtur pedes illius, qui ambulat super pennas ventorum. Hic adorat Maria in loco vbi steterunt pedes eius. Steterunt inquam, qua validissima amoris manu pedem vtrumq; retinuit, donec vtrumque perungeret, & audiret criminum remissionem, & dimissionem in pace. Remittūtur, inquit, peccata tibi. Vade in pace.

Text. 2.

De 2. Vnguento scilicet temperatiuo

Ex Serm. de Magdal. n. 8.

Secundum vnguentum est deuotionis de recordatione beneficiorum Dei. Prorsus dignissima huius vnguenti compositio: & in illius comparatione prioris est conspersio vilipendēda. Eius enim species de cœlesti paradiso allatæ sunt, & in terra filiorum hominū nequeunt inueniri. Virtutes enim diuinitus collatæ, & in mortariolo pectoris pistillo diligentissimæ meditationis contritæ, & exultatio-

à Gentilibus ad Hæbreos, an ab Hæbreis ad Gentiles transierit, incertū est: nam de vnguentis, & vnctionibus in scriptura tam veteri, quā noua mentio frequens occurrit in exod. cap. 25. 30. *cant.* 1. *&.*4. *matt.* 26. *marc.* 14. *luc.* 7. *Ioan.* *x*1. *& .x*11.

Ex his Mellifluus iuxta genij proprij procliuitatem, ad spiritualia deueniens; qua Sacra Scriptura narrat facta fuisse realiter, & physice, moraliter, & mysticé faciendà persuasurus, tria proponit vnguenta, quorum primum vngendis Christi pedibus, secundum. Eiusdem soli capiti, 3. *toti corporij deseruiat. In sermone de Magdal. primū, vocat contritionis, secundum deuotionis,* 3 *pietatis. Sed in serm. x cant. eandem distinctionem repetens addit quod vnguentum contritionis est pungitiuum dolorem faciens. Vnguentum deuotionis est temperatiuum dolorē leniens. Sed quod vnguentum pietatis est sanatiuum, idest morbum expellens;*

Hoc autem tertium duobus primis prafert in sermone de Magdalena vbi hæc habet. Est vnguentum bonum, quod Maria pedibus Saluatoris infundit, est & melius, quod eadem (si tamen eadem) super caput ipsius recumbentis effu-

nis oleo superfusæ, suffuso igne iustitię in humilitatis aheno decoctæ, faciunt vnguentum, & odore, & virtute mirabile: quod solū super caput domini recumbentis possit effundi, & exhiberi reuerentiæ maiestatis. Sed & hoc recolimus breuiter: illis qui multa de paucis excipere cognouerunt, verborum multitudinem reseruantes. Notanda tamen vtriusque differentia, & secundi sublimitas attendenda, quoniam illud est sacrificium Deo spiritus contribulatus, & istud sacrificiū laudis, quod honorificat Deum. Pedes igitur vngimus saluatoris, cum de peccatis compungimur: vngimus caput, cum de collatis virtutibus, virtutum largitori gratias cumulamus.

Confiratur ex Serm. X. in cant. n. 7.

Sed est vnguētum tantò isto profectò pretiosius, quantò de melioribus compositum speciebus. Huius siquidem species ne longe quærantur, penes nos, & absque difficultate reperimus, ac de nostris hortulis taliū perfectè copiā tollimus, quotiescunq; necessitas poscit. Quis enim non satis de proprio, cum vult, ad manum habet iniquitates & peccata, si non dissimulat? Hæc dit: est & optimum, quod ipsa præparauit toti corpori Christi.

Et confirmat totum hoc argumentum in serm. 12. Cant. vbi discurrit in hunc modum. Sed redeamus ad vnguenta sponsæ. Videsne quā sit præferendum alijs istud pietatis vnguentum, de quo solo nō est permissum amissionem fieri? Bonum tamen contritionis vnguentum, quod de recordatione peccatorum efficitur, mittiturq; in pedes Domini, quia cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Cæterum longè melius arbitror, id quod dicitur deuotionis, factum de recordatione beneficiorum Dei, & quippè quod & capiti idoneum reputatur, ita vt perhibeat de ipso Deus sacrificium laudis honorificabile. Porro utrumq; vincit vnctio pietatis, quæ de respectu miserorum fit, & per vniuersum Christi corpus diffunditur, corpus dico, non illud Crucifixum, sed quod illius acquisitum est Passione. Optimum reuera vnguentum, in cuius comparatione, nec cætera se respicere, vbi ait, misericordiam volo, & non Sacrificium.

Exoritur difficultas quomodo vnguentum pietatis possit duobus alijs vnguentis præcellere, cum primi materia sint lacrymæ gemitus & suspiria pœnitentium delictum

autem sunt (sicut recognoscitis) species vnguenti primi, quod iá descripsimus. At verò secundi huius aromata, terra nostra nequaquam profert, sed procul, & de vltimis finibus ea nobis conquirimus. Nempe omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendés à patre luminum. Fit enim vnguentum istud de diuinis collatis humano generi beneficijs. Felix, qui ipsa sibi studiose colligere, & ante mentis suæ oculos digna cum gratiarū actione reducere curat Profectò cum fuerint in vasculo pectoris pistillo crebrę meditationi contusa, atque contrita, deindeque igne sancti desiderij simul decocta omnia, & demum impinguata oleo lætitiæ, erit vnctio longè pretiosior, excellentiorque priore. Sufficit ad probandum eius testimonium, qui ait: Sacrificiū laudis honorificabit me. Nec dubium quin excitet ad laudandum beneficiorum recordatio.

Text. 3.

Pro Vnguento pietatis, quod est sanatiuum.

Serm. XII. in cant. n. 2.

tium peccata præterita, ac ista lachryma dicantur ab eodem serm. 30. in Cant. Angelorum vinum, et dolor sacrificium nuncupetur. De illo namq; sic loquitur in præfato serm. Magdalen. Vnguentum istud Domum replet, penetrat Cælos, Angelos lætificat, & beatæ Ciuitati lætitiam refundit, & gaudium, quid quæso de pietatis vnguento laudabilius dici potest?

Augent dubium, quæ de secundo, scilicet deuotionis vnguēto prosequitur sermone eodem, habesq; relata sub n. secundo, quibus addit serm. 10. in Cant. eximia illa præclaraque encomia quibus superaddi quicquam posse videtur valde difficile. Sed rursus serm. 57. diuersorum his verbis prosequitur. Verum quantumlibet vnguentum, hoc pretiosum videatur, tamen comparatum alteri, quod appellatur deuotionis, & conficitur ex memoria beneficiorum Diuinorum, quo & vngitur Caput Domini, vile, & nullius pretij intelligitur. Denique de illo dicitur cor contritum, & humiliatum Deus non despicies, de isto vero Sacrificium laudis honorificabit me. Caput eius vngis ex eo, cum de suis donis gratias agis. Siquidem Caput Christi Deus. Toties ergo in Christo tangitur, quoties ad laudem ipsius eius benefi-

cia

Duo me vnguenta vobis tradidiſſe recordor vnum contritionis delicta multa cõplectens: alterum deuotionis multa continens beneficia ambo ſalubria, ſed non ambo ſuauia. Primum ſiquidem pungitiuum ſentitur, quia mouet ad compũctionem, amara recordatio peccatorum, & dolorem facit, cum ſequens mitigatorium ſit, diuinæ bonitatis intuitu conſolationem dãte, & ſedante dolorem. Sed eſt vnguẽtum quod ambobus longe antecellit, & hoc appellauerim pietatis, quod eo quod fiat de neceſſitatibus pauperũ, &c. *Confirm. ex Serm. de Magdalen. n. 9.*

Eſt ergo tertiũ vnguentũ pietatis, quod eſt ſuper omnia aromata morbis omnibus, & periculis ſalutare; quodque nulli vnquam peſti inuenitur inefficax. De ipſo namque legitur. Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.

Text. 4.

Ex Serm. XI. cant n. 1.

Dixi in fine ſermonis, nec me iterare piget, quòd cupiam vos omnes fieri ſacræ vnctionis participes, illius videlicet, in qua *cia memoramus: ſicut non tam Deitas, quam humanitas neceſſe eſt vt cogitetur, cum non eius dona, ſed noſtra peccata recordamur, quid quæſo illuſtrius in laudem pretioſiſſimi cuiuſuis vnguenti dici poteſt? Attamen vtroque præſtantius perſeuerat conſtantiſſimè declarare, & ſuſtinere tertium illud pietatis nomine inſignitum, quod modo ſanatiuum, modo præſtantiſſimum omnium prædicat, cuius tamen excellentia nõ vſque adeo euidens eſt, vt facile ſit illam attingere, & ijs quibus inuolutum eſt, nebulis explicare.*

Vt igitur difficultates conciliemus, & Melliflui mentem prima fronte diſſonam, & diſcordem attingamus.

Obſeruandum eſt primo hæc vnguẽta multipliciter inter ſe differre.

Nam primo vnguenta iſta differunt ratione ſtatus. Primum pertinet ad ſtatum purgatiuum, quod eſt incipientium: ſecundum ad ſtatum illuminatiuum, quod eſt proficientium: tertium ad ſtatum cõſumationis, ſiuè vnitiuum, quod eſt proprium perfectorum.

Secundo ex hac oritur ſecunda differentia, quæ ſe tenet ex parte modi operandi. Nam vnguentum primum operatur cum dolore, & triſtitia. Secundum cum alacrita-

te

Dei beneficia cum lætitia, & gratiarum actione recolit sācta deuotio. Hoc enim bonum est, tū propter releuandos vitæ præsentis labores, qui vtique tolerabiliores nobis fiunt exultātibus in laude Dei: tum quia nihil ita propriæ quemdam terris repræsentat cœlestis habitionis statū, sicut alacritas laudantiū Deum: Scriptura dicente: Beati qui habitant in domo tua Domine, in sęcula sęculorum laudabunt te. De hoc præcipuè vnguento puto dixisse Prophetā: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum, sicut vnguentū in capite. Neque enim priori videtur congruere posse. Illud enim etsi bonum sit, non est tamen iucundum: quia recordatio peccatorum amaritudinem facit, non iucunditatem. Sed nec qui illud faciunt, in vnū habitant, cum quisque peccata propria lugeat, atque deploret. Qui verò in gratiarum actione versantur, Deum solum intuentur, & cogitant, ac per hoc ipsi vere habitant in vnum. Bonum est autem quod faciūt, quia seruant ei iustissimè gloriam, cuius est: & nihilominus iucundum, quia delectat. Quamobrem suadeo vobis amicis meis reflecte*te, labore tamen permista. Tertium cum tranquillitate, suauitate, & lætitia.*

Tertio differunt ex parte materiæ. Sicut enim vnguenta illa quæ in articuli limine descripsimus, differunt materia, quia vnum componitur ex pice, resina, therebinto & similibus operantibus cum violentia; alia vero ex aromatibus, & herbis suaueolentibus, & ideo suauia: ita primum conflatur ex peccatis proprijs. Secundum ex acceptis á Deo beneficijs. Tertium ex proximi miserijs, & ærumnis.

Quarto differunt ex parte cuiusdā veluti forma. Siquidē primum cōflat multis peccatis numero speciéq; distinctis, sed sub vna forma, videlicet contritionis adunatis, & vnitis; sicut artefacta ex multis partibus heterogeneis in vna forma nempe idea artificis conueniunt. Secundum componitur ex multis diuinis beneficijs, sub vna virtute gratitudinis congregatis. Tertium ex multis proximorum miserijs, sub vna pietate collectis. Numerositatem criminum præponderās pietas intercludit. *Ser. de Magdalena num. 1.*

Quinto differunt, quia primum dicitur Sacrificium iustitiæ; omnis namq; peccator dum peccat, quantum in se est, attributa Dei furatur.

re interdũ pedem à molesta, & anxia recordatione viarum vestrarũ, & euadere in itinera planiora serenioris memoriæ beneficiorũ Dei:vt qui in vobis confundimini, ipsius intuitu respiretis. Volo vos experiri illud quod Sanctus Propheta consulit dicens: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et quidẽ necessarius dolor pro peccatis, sed non sit continuus. Sanè interpoletur lætiori recordatione diuinæ benignitatis, ne forte præ tristitia induretur cor, & desperatione plus pereat. Misceamus absinthio mel, vt salubris amaritudo salutẽ dare tunc possit, cum immixto temperata dulcore bibi poterit. Audi denique Deum quomodo ipse contriti cordis temperat amaritudinem, quomodo pusillanimem à desperationis barathro reuocat, quomodo blandè, & fidelis promissionis melle mœrentem consolatur, erigit diffidentem. Ait per Prophetam: Ego infrenabo os tuum laude mea, ne intereas, hoc est, ne interitu facinorũ tuorum nimiam incurras tristitiam, atque instar effrænis equi desperatus in præceps ruas, & pereas. Fræno te(inquit)inhi- *Siquidem vult Deum non esse sapientem, ne peccata sua cognoscat; vult illum non esse potentem, ne peccata sua puniat; vult solum non esse bonum, ne ipsum odio habeat. Præterea furatur creaturam Deo, dum ab illius iusto dominio iniustè se subtrahit. Cum igitur applicat vnguentum contritionis, offert Sacrificium iustitiæ reddendo Deo, quod suum est, & satisfaciens quantum in se est. Secundum dicitur Sacrificium laudis, quoniam per illud recedit à seipso, & à creatura, quam plus æquo dilexerat, & accedit ad Deum, quem deseruerat. Tertium dicitur holocaustum, siuè Sacrificium pingue, quia per illud reducit ad Dominum oues, quæ perierant.*

Sexto differunt, quia per primũ detestatur malum suum: per secundum quærit bonum proprium: per tertium intendit Dei bonum, & proximi. Audi Mellifl. serm. 12. in Cant. loquentem. Vtrumque vicit pietatis vnguentum, quod de miserorum fit respectu, & per vniuersum Christi corpus diffũditur. Corpus dico, non illud crucifixum, sed quod illius acquisitum est passione. *Vide sermonem illum à medio.*

Septimo differunt, quia primum con-

beo indulgentiæ meæ, & meis laudibus erigam, respirabisque in bonis meis, qui de tuis cõfunderis malis, dum me sane benigniorem, quàm te culpabiliorẽ inuenies. Hoc fræno si infrænatus fuisset Cain, nequaquam desperando dixisset: Maior est iniquitas mea, quam vt veniá merear. Absit, absit. Maior enim est eius pietas, quàm quæuis iniquitas. Ideo iustus non continuè, sed tãtùm in principio sermonis accusator est sui. Porrò autem in Dei laudes extrema sermonis claudere cõsueuit. Videte denique iustũ hoc ordine procedentem. Cogitaui (ait) vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua: vt videlicet qui contritionem, & infelicitatẽ in vijs proprijs perpessus fuerat, in via testimoniorũ Dei delectaretur sicut in omnibus diuitijs. Et vos igitur exemplo iusti si de vobis in humilitate sentitis, sentite & de Domino in bonitate. Sic enim legitis apud Sapientem: Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Hoc autẽ facile menti persuadet diuinæ munificentia frequens, imo cõtinua recordatio. Alioquin quomodo implebitur Apostolicum

conficitur ad lumen rationis gratia illustratæ. Secundum sub radijs fidei spei, & charitatis. Tertium ad imitationem causæ exemplaris. Perfecti namq; sunt quorum animus (*vt docet Mellifl. lib. de vita solitaria cap. 16. num. 63.*) virtutis magnitudine summi boni quasi imitari gestit magnitudinem, & perseuerantiæ in bono constantia æternitatis eius incommutabilitatem.

Octauo tandem primum habet pistricem duliam ex sanctorũ virtutibus illud conficiens. Secundum Religionem ex beneficijs diuinis illud perficiens. Tertium Pietatem ex diuinarum perfectionum consideratione completum, & perfectum constituens.

Ex his igitur facile est fidium discordes sonos ad concordiã reducere. Dicit enim vnguentum contritionis esse preciosum, & ville, nõ secundum idem, vt aiunt, sed secundum diuersa; nimirum pretiosum in se, & secundum se, vile cũ perfectioribus alijs comparatum: siquidem parum prodesset hoc vnguento cor deliniuisse peccatoris, nisi secundo, & tertio delinire studeret, & vnguento primo, scilicet contritionis, secundum deuotionis superaddere curaret, imo & huic tertium, in quo sanitas perfecta cõ-

illud. In omnibus gratias agentes: si ea pro quibus gratię debẽtur, à corde recesserint? Nolo vos Iudaico notari opprobrio, de quibus Scriptura testatur, quòd non fuerint memores benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.

Verum quoniam bona quæ largiri mortalibus non cessat misericors, & miserator dominus, recolere, & recolligere omnia, omni impossibile est (quis enim loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius?) in salutem quod præcipuũ est, & maximum, opus videlicet nostrę redemptionis à memoria redemptorum aliquatenus non recedat. In quo opere duo potissimum, quę nunc occurrunt, vestris studijs intimare curabo. Et hoc quàm paucis ad compendiũ potero, memor illius sententiæ: Da occasionem sapienti, & sapientior erit. Duo ergo illa sunt, modus, & fructus. Et modus quidem Dei exinanitio est, fructus vero nostri de illo repletio. Hoc meditari, sanctæ spei seminarium est, illud summi amoris incentiuum. Vtrumque profectibus nostris necessarium, ne aut spes mercenaria sit, si amore non comitetur: aut amor tepe- *sistit, et vita spiritualis perfectio cõpletur, ac consummatur. Huic acquirendo statui, huic cõparãda perfectissima sanctitati heroes illi à Mellifluo ser. 12. in Cant. dinumerati viriliter insudarunt.* Hi omnes (inquit Mellifl. ser. 12.) habuerunt vnguẽta optima, quib' hodie per vniuersas Eccl. suauissime redolent. Omnia, inquã, sed illud præcipuè, quod ex aromatibus à mulierib' emptis cõfectũ. Expendi noluit in corpore suo mortuo vt seruaret viuo, renuit vngi sed parcens, non spernens: non recusans obsequiũ, sed reseruans proficuum. Proficuum dico non huius materialis, atq; corporalis vnguenti; sed plane spiritualis, quod in ipso designatum est. In isto, ergo pepercit magister pietatis vnguentis optimis pietatis, quæ membris suis indigentibus tam corporaliter, quam spiritualiter omnino cuperet exhiberi.

Pietatis vocat hoc vnguentum tertium, siue quia in ipso Deo tanquã in originali fonte renitet pietas, à qua pius vocari nõ dedignatur, siue quia ab illo, tanquam à proprio magistro quærenda est, & inuestiganda, vt ad nos effluat, & illo delibuti ex pietatis nobilissimo motu, & influxu operemur: sine

ſcat, ſi infructuoſus putetur. Porro fructũ talem expectamus noſtri amoris, qualem ipſe, quem amamus, promiſit, mẽſuram (inquiens) plenam, & confertã, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Menſura iſta (vt audio) erit ſine menſura. Sed velim ſcire cuius rei futura ſit illa menſura, vel potius illa immenſitas, quæ repromittitur. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Dic nobis tu qui præparas, quid præparas? Credimus, confidimus, reuera ſic promittis: replebimur in bonis domus tuæ. Sed quibus, quæſo, bonis, vel qualibus? Forte frumento, vino, oleo, auro, atque argento, lapidibúsve pretioſis. Sed hæc nouimus, & vidimus, & videmus, & faſtidimus. Id quærimus quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Hoc placet, hoc ſapit, hoc delectat inquirere, quódcunque eſt illud. Erunt, inquit, omnes docibiles Dei, & ipſe erit omnia in omnibus. Vt audio, plenitudo quam expectamus à Deo, non erit niſi de Deo. Quis verò comprehendat quàm magna multitudo dulcedinis in omnibus? Vt de corpore taceã,

ne quia monetur ad releuandas miſerias proximorum ex aliquo motiuo, & exemplari Diuino, ſcilicet quatenus ſunt fi.ij Dei, vel Diuina ſimilitudine inſigniti, vnde, & nomen pietatis habet quod aliquid diuinum ſonet, vt docet Angelic. in 3. d. 34. q. 3. ar. 2. quæ cuncta claré, & diligenter explicat in ſer. 13. in Cantica, vbi ſic diſcurrit. Iam tandem in oſculis duobus, geminum habes diuinæ dignationis experimentum, forſan non confunderis præſumere ſanctiora. Quantum quippe creſcis in gratia, tantum & in fiducia dilataris. Inde fit vt, & ames ardentius, & pulſes fidentius pro eo quod tibi deeſſe ſentis. Porrò pulſanti aperietur. Iam ſummum illud quodcũque eſt ſummæ dignationis, & miræ ſuauitatis oſculum frano non negabitur ſic affecto. Hæc via: hic ordo. Primó ad pedes procidimus, & ploramus coram Domino, qui fecit nos, & quæ fecimus nos. Secundó manum quærimus ſubleuantis, & roborantis genua diſſoluta. Poſtremo cum iſta multis precibus, & lachrymis obtinemus, tum demum audemus forſitan ad ipſum os gloriæ caput attollere (pauens, & tremens dico) non ſolúm ſpeculandum, ſed etiam oſculandum: quia Spiritus ante faciẽ noſtram Chri-

in anima tria intueor: rationem, voluntatem, memoriam: & hæc tria ipsam animam esse.

Doctrina Mell. pro Art. VII. Textus I.

Ex tractat. de vita solitaria ad frat. de monte cap. 16. n. 67.

Cùm enim sit circa hominē Dei assumptio illa Domini, & sancti Israel regis nostri: sapiens, & pius animus per illuminantē, & adiuuantem gratiam in contemplatione summi boni, speculatur etiam regulas incommutabilis veritatis, in quantum ad eas pertingere meretur intellectu amoris, & exinde format sibi modum conuersationis cuiusdam cœlestis, & formam sanctitatis. Speculatur enim summam veritatem, & quæ ex ea vera sunt: summum bonum, & quæ ex eo bona sunt: summam essentiam, & quæ ex ea sunt. Illi veritati, illi charitati, illi æternitati se conformans, in istis se ordinans: illis non superuolitans iudicando, sed suspiciens desiderando, vel inhærens amando: ista suspiciens, & eis se coaptans, & conformans, non sine discretionis iudicio, non sine examine ratiocinationis, & iudicio ratio-

stui Dominus: cui adhærentes in osculo sancto, vnus Spiritus ipsius dignatione efficimur:

A R T. VII.

Vtrum pietas qua Deus colitur sit eadem virtus qua coluntur Sancti

Diuersam esse colligitur ex Angelico, qui in 2. 2. q. 25. art. 1. sic discurrit. Amor respicit bonum in comuni, sed honor respicit bonum proprium honorati, defertur enim alicui in testimonium propriæ virtutis, & ideo amor non diuersificatur specie propter diuersam quantitatē bonitatis diuersorum, dummodo referantur ad aliquod bonū vnum commune; at honor diuersificatur per propria bona singulorū, vnde eodem amore charitatis diligimus omnes proximos, in quantum referuntur ad vnum bonum commune, quod est Deus, sed diuersos honores diuersis deferimus secundum propriam virtutem singulorum: & similiter Deo singulare honorem latriæ exhibemus propter eius singularem virtutem.

Repetit eundem sensum hic q. 81. art. 4. ad argumentum 3. concludens ex antecedentibus. Religio autem qua honoratur Deus

d.stin-

nis. Ex quo concipiuntur, & oriuntur virtutes sanctæ,& imago Dei reformatur in homine; & vita illa Dei ordinatur, à qua homines quosdam alienatos cóqueritur Apostolus,& colligitur robur virtutis,& duo illa,in quibus contemplatiuę perfectio cóstat, & actiuæ, de quibus iuxta antiquos illos interpretes legitur in Iob:Ecce pietas est sapiẽtia ,abstinere verò à malo,scientia est.Sapientia enim pietas est, hoc est, cultus Dei amor quo eũ videre desideramus, & videntes in speculo, & in ænigmate credimus, & speramus, & in hoc proficimus,vt eum videamus in manifestatione. Abstinere verò à malis, scientia temporalium est,in quibus nos sumus, in quibus tantum abstinemus à malis, in quantum ad bona studemus.

Textus 2.

Ex Serm. Guerrici Abbatis Igniacens. in diem Purificat.

Secũdus ornatus thalami Syon,& secundus gradus ad sapiẽtiá est pietas: quæ profectò non aliud est quam Deum colere,& per cultum Dei Deo placere: hęc in nobis generat mansuetudiné quæ filios Dei efficit. Adorna

distinguitur à virtutibus quibus honoratur proximus. *nempe ab obseruantia, dulia, & pietate,quas recensuerat in 3a. obiectione, idemque rursus confirmat q.* 103. *ar.* 3. *ex professo latriam explicans*

Prob.2. Mensura,& ratio exhibendi cultum est propria excellentia, sed Deo competit excellentia longè superior excellentia sanctorũ: ergo & cultus debebit esse nobilior, qui redditur Deo,quam qui redditur sanctis: ergo non erunt vterque ab eadẽ virtute, sed à diuersa. præsertim cum excellentia Sanctorum infinité à Diuina declinet, & deficiat.

Pro resolutione dubij obseruandum est ex D.Th.2.2.q.103. art. 3. verum esse quod dicit argumentum sed adendum est triplicem esse speciẽ excelẽtiæ. Prima excellentia diuina est quæ infinita est,habetq; corespondentem sibi cultum qui vocatur latria. secunda excelentia est humana, siue ciuilis, aut naturalis, quæ posita est in humanis virtutibus, dignitatibus, gradibus &c. Huic respondet cultus qui dicitur obseruantia ex 9. Ethicor. c. 2. diuiditurque in alias species, vt ib.d. Tertia species excellentiæ, est media inter præmissas, qualis est gratia, & gloria sanctorum, quæ

in

igitur thalamū tuum Syon pietate.

Textus 3.

Ex homelia 3. in missus est. Post multa ad idem ita prosequitur.

Benedicta tu in mulieribus. Libet adiungere quòd Elizabeth, cuius hæc verba sunt, prosecuta subiunxit: Et benedictus fructus ventris tui Non quia tu benedicta, ideo benedictus fructus ventris tui: sed quia ille te preuenit in benedictionibus dulcedinis, ideo tu benedicta. Verè etenim benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ sunt omnes gentes: de cuius plenitudine tu quoque accepisti cum cæteris, etsi differentius à cæteris. Ac propterea quidem benedicta tu, sed in mulieribus, ille vero benedictus non in hominibus, non inter Angelos, sed qui est, vt ait Apostolus, super omnia benedictus Deus in sæcula.

Textus 4.

Ex Sermone 27. cant. n. 2.

Et ipse itaque extendit cœlū sicut pellē. Pulcherrima pellis, quæ in modum magni cuiusdā tentorij vniuersam operiens fa-

in donis supernaturalibus consistit.

Inter has excellentias differentia, quæ pro nunc facit ad rem, est quod prima, & tertia dicuntur vniuocè, vt notat P. de Rhodes; media vero respectu aliarum dicitur duntaxat analogicè. Ratio est, quod ab illis duabus, nempe prima, & tertia potest abstrahi vna ratio cōmunis, cum fundamentum cultus sit bonum eiusdem ordinis, nempe supernaturalis, quod in tertia locum non habet cum in virtutibus, & alijs donis naturalibus fūdetur, & ideo bene dicitur à Philosopho aliud virtutis genus fundare.

Obseruandum est secundo dupliciter posse Sanctos adorari. Vno modo dirigendo intentionem directè, & immediatè in ipsos Sanctos reflectendo mediatè, & indirectè in dona supernaturalia, vel è contrà dirigendo intentionē immediatè, & directè in dona ipsa supernaturalia, ab illis descendendo ad Sanctos, in quibus tanquam in materia, siuè tanquam in loco continetur Deus.

Obseruandū 3. ex Suar. lib. 1. de cultu cap. 1. nu. 5. p. 87. quod licet detur alia intentio operis, alia operantis, in hac tamen materia, in qua agitur de opere, quod ex se nō est ordinatum ad cultum Dei, potius quam ad cultum Sanctorum, ipsum

ciē terræ, ſolis, lunæ, atque ſtellarū varietate tam ſpectabili humeros oblectat aſpectus. Quid hac pelle formoſius? Quid ornatius cœlo? Minime tamen vel ipſum vllatenus conferendum gloriæ decori ſponſæ, eo ipſo ſuccumbens, quod præterit, & hæc figura ipſius, vtpote corporea, & corporeis ſubiacens ſenſibus, quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Sed eſt rationalis quædam ſponſæ ſpecies, ſpiritualiſq; effigies, ipſaque æterna, quia imago æternitatis. Decor eius (verbi gratia) charitas eſt, & charitas, ſicut legitis, nunquam excidit. Eſt certe, & iuſtitia: & iuſtitia eius, inquit, manet in ſeculum ſeculi. Eſt etiam patientia, & legitis nihilominus quia patientia pauperū non peribit in finem. Quid voluntaria paupertas, quid humilitas? Nónne altera regnum æternū, altera ęque exaltationem promeretur æternam? Eo quoque ſpectat, & timor domini ſanctus permanēs in ſeculum ſeculi. Sic prudentia, ſic temperantia, ſic fortitudo, & ſi quæ ſunt virtutes aliæ, quod niſi margaritæ ſunt quædam in ſponſæ ornatu, ſplendore perpetuo coruſcantes? Perpetuo, in-*ipſam ipſius operantis intentionē attendendam eſſe, & conſiderandum affectū voluntatis ſimul cum intellectus actu, ex quibus cultus ſpecifica diſtinctio dependet, vnde tribus præmiſſis ſuppoſitis, ſit iam.*

RESOLVT. I.

Verior, & perfectior cultus Sanctorum conſiſtit in hoc præcipue, vt cultor directè, & immediatè ferat, & dirigat intentionem ſuam in Deum, reflectendo in Sanctos, in quibus illius dona coruſcant. Eſt expreſſa Melliflui in primo text. nō enim aliter intelligi poteſt illud. Pius animus ſpeculatur ſummā veritatem, & quę ex ea vera ſunt. *Niſi quod prius cultor Cœleſtium Dei perfectiones contemplari debeat ab illis ad ea, quæ per eas vera ſunt., id eſt ad Sanctos deſcendendo. Hunc eundem ſenſum aſſecutus eſt Guerricus D. Bernardi diſcipulus, vt patet ex ſecundo, in quo dicit pietatem nihil aliud eſſe, niſi Deum colere, & per Dei cultū Deo placere, hæc (Pietas nimirū) generat manſuetudinem.*

Nam per cultum Dei à quo omnis cultus verus, & perfectus ducere debet originem, ad Adoptiuorum cultum, & venerationem deuenitur, cum videlicet in eis commu-

quam, quia sedes, & fundamentum perpetuitatis. Nec enim perpetuæ, beatæque vitæ omnino locus in anima est, nisi medijs quidem, interiectisque virtutibus. Vnde propheta Deo (qui vtique vita beata est) Iustitia, inquit, & iudicium præparatio sedis tuæ: Et apostolus dicit Christum habitare non omnimodo quidem, sed signanter per fidem in cordibus nostris. Domino quoque sessuro super asellum, vestes suas discipuli substrauerunt, significantes saluatorem, seu salutem nequaquam insidere nudę animę, quam non videlicet vestitam inuenerit doctrina, & moribus apostolorum. Et ideo ecclesia promissionem habens futuræ felicitatis, curat interim prępararc, & pręornare se in vestitu deaurato, circundata varietate gratiarum, atque virtutũ (qualem quidem ex parte descripsimus) quo digna, & capax plenitudinis gratiæ inueniatur. Cæterum spirituali huic tam pulchræ varietati, quam de prima interim stola in quadam veste suæ sanctificationis accepit, nullo pacto ego comparauerim in decore cœlum hoc visibile, atque corporeum, quamuis in suo genere quidé siderea va-

municata Dei donã videntes, Deum in illis per sua dona expreßum contemplamur, vnde & illos Cælos digito Dei depictos vocare non erubuit, vt habes in textu 4. In quo docet sanctos esse veluti Cælos á Deo virtutibus, & donis supernaturalibus exornatos, vt ab eo ad illius imagines proficiscamur.

Dixi (verior, & perfectior) quia modus colendi perfectorum diuersus est ab eo, quo imperfecti, & imperiti solent in eodem se gerere. Illi cum Deo sint vniti per potentias, illius operandi modum imitantur, qui cum semper à se ad creaturas descendat, eundem processum obseruant Deum primo in sanctis habitantem venerantes: & à Deo ad Sanctos progredientes: isti vero nondum vniti Deo, sed vniendi á Sanctis ad Deum procedunt, vt habet Suares de statu Religionis Tom 2. lib. 1. de voto cap. 16. Et hac differentia notanda est, ne videamur discrepare, cum dicemus infra modum primum colendi Sanctos non esse docendum in concionibus, quia primus ille modus [illegible] sit latria (licet respectiuus) posset Vulgus imperitum in errorem inducere.

Docet non ideo benedictum esse fructum, quia illa sit benedicta, sed quia Deus præuenit illam suis benedi-



QVAESTIO II.

De cultu actiuo Angelorum.



Onstat iam ex parte quam fuerit necessariò præmittenda præcedens prima quæstio ad Mellislui Doctrinam, cum scholasticorum vsu conciliandam, qui cultum Dei, Religionis virtuti tamquam proprium tribuunt, quem Mellisluus ascribit pietati. Addo rursus, ad explicandas alias quasdam difficultates, quæ ex illa prima nascuntur, quasdam quæ licet iam examinatæ fuerint quæstiones reuocandas esse, vt legentium memoriæ consulto fiat, etsi quid in illis explicandis obmissum fuerit per errorem, modo ex industria suppleatur: erit igitur in quatuor partes diuisa, prima, præmissorum exhibebit anacæphaleosim, reliquæ vero quem in vnoquoque instanti cultum Angeli Deo præbuerint explicabunt. Sit ergo.



A PAR-

PARTIS PRIMÆ.

Doctr. Mellifl. pro Art. 1.
Textus Primus.

Ex Serm. 5. *Dedicationis*:
Omnes gentes (Angelos etiam comprehendit) quasi non sint sic sunt ante te, & tanquam nihilum, & inane reputabuntur. Siquidem ante te, sed non intra te. Sit in iudicio veritatis tuæ, sed non sit in affectu pietatis tuæ. Nimirum vocas ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Et non sunt, ergo quia quæ non sunt vocas, & sunt quia vocas. Licet enim non sint quantum ad se, apud te tamen sunt, vtique iuxtà Apostolum nō ex operibus iustitiæ, sed ex vocante.

Text. 2.

Ex Sententijs, & Sermon. de Aduentu:
Duas fecerat ab initio creaturas ad intelligendum se, Angelum, & Hominem.

ART. I.

An Angeli sint creati.

Negarunt Philosophi quidam apud Aristot. 4. phys. text. 52. & 57. annonymi tamen: asserentes nihil esse in mundo præter res corporeas, quos sequuti Saducæi, & Samaritani ex art. 23. suam quoque insaniam Coppino cuidam, & Quintino communicarunt, vt scribit Bellarm. lib. 1. de amissione Gratiæ cap. 1.

Discipuli Patonis Angelos vocantes Creatores, vt habet August. 5. de ciuitat. cap. 24. & 25. & ibidem Coquæus, non propterea creatos esse negabant, sed creatis illis cum Mundo, sublunarium creandorum vno dumtaxat homine dempto curam commisisse dicebant, quo factum est, vt Angelos eosdem, Deos minores, & secundarios Plato in suo Timæo nuncuparit. contra hos sit Melliflui.

RESOLVTIO.

Angeli fuerunt à Deo creati. Ita personant appositi. textus.

Mellifluo præiuerant facemque prætulerant Patres. Nam Angelos Dei verbo prosiluisse, scribit Na-

Nazian. orat. panegyr. in Christi Natiuit. de nihilo addit Cyrillus lib. 1. in Genes. sola Dei bonitate Chrysost. lib. de Prouident. modo ineffabili idem homel. de lapsu hominis, repente & simul, Theodoretus, & Athanasius lib. 3. de Dijs, & Angel. & serm. contra Arianos: tanquam radij à Sole, & scintillæ à silice. Gregor. lib. 31. in Iob. non ab æterno. Ambrosius lib. de Sacram. Incarnationis, quibus addi potest Damasc. lib. 2. de Fide Orthodoxa, hæc scribens: Constat Angelorum opificem, ac creatorē esse Deum, vt qui eos ex nihilo in ortū produxerit, atque ad imaginem suam effecerit, naturæ corporis expertem.

Cuius resolutionis ratio potissima ducitur ex communi tàm orthodoxorum, quàm gentilium sensu, siquidem omnes vno ore proclamant Deum esse solum creatorem, Orthodoxi post Sacram Scripturam, & Concilia. Gentiles, post Mercurium Trismegistrum, concinantem lib. 1. Monas omnium principium est radix, & origo.

Rationes probantes solum Deū esse Creatorem, Angelis verò virtutem creandi negātes, multas excogitarunt Scholastici, quarū magis vrgentes credimus primò hāc. Quod inter ens, & nihil detur infinita distantia, quæ infinitam virtutem requirit in producente,

huius autem Angelus capax non est.

Secunda, quia ad creationem requiritur, quod creans omnes entis perfectiones eminenter, vel formaliter contineat, siquidem creans debet totum producere, quod creaturæ finitæ, & limitatæ potentiam excedit.

Vrgent contra non pauci, arma ex Genesis armamentario proferẽtes, & asserentes nullam de Angelorum creatione Genealogistam fecisse mentionem: hanc oppositionem negant aliqui inter quos August. de Genesi ad liter. lib. 1. & 5. Eutherius cõment. in Genes. lib. 1. cap. 2. Beda expositione in Genes. Anastasius Sinaita lib. 1. Hexameron. Rupertus lib. 1. in Genes. cap. 10. Gregorius Magnus in cap. 37. Iob. Hugo in Summ. Sentent. tract. 3. cap. 1. Isidorus lib. 3. de Summ. Bono cap. 12. vbi hæc: Ante omnem creaturam Angeli facti sunt dum dictum est fiat lux. *Magist. Senten. in 2. distinct. 12.* In principio creauit Cœlum, ideſt Angelos, *scripsit post multa. Horum tamen sentẽtia mysticum sensum attingit relicto Literali, & Historico. Ideoque maluẽt alij Basilius Hexamer. homil. 1. Chrysostom. homil. 2. in Genes. Theodoret. in Genes. quæst. 2. Athanas. in qq. ad Anthiocum Princip. Hyeron. Epis. ad Cyprianum, Cyrillus lib. 3. contra Gul. Procopius Gazæus præfatio-*

tione in Genes. Obmissam fuisse ex industria, duasq; afferunt rationes, quarũ prima sit, quod Moyses sensibilis mundi hystoriam rudibus adhuc Iudæis, eiusque veluti prima elementa tanquam nutrix, & pædagogus voluerit explicare. Secunda ne Iudæis ad idololatriã propensissimis tàm nobilem exponendo substantiam, idololatrandi occasionem præberet, adde, quod de Angelis in historiæ istius serie frequenter facturus erat mentionem.

ART. II.

Quales creauerit.

Duplex potest esse quæstio quales in substantia, & quales in accidentibus. Fecisse rationales constat ex appositis. Sed quia etiam Homo est rationalis dubium insurgit, vtrum Angeli sint sicut Homines ex materia, & forma aliqua constituti. Hæsit hac in quæst. dubius Mellifl. & quantum in humilitate profecisset, manifestat serm. 5. in Cant sic scribens. Videntur Patres de huiusmodi diuersa sensisse, nec mihi perspicuũ est vndè alterutrum doceam, & nescire me profiteor. Verum dum ignarum se cupit prodere ex humilitatis affectu, ex multorum lectione eruditum se probat (videntur Patres diuersa sensisse) *ergo*

go iã Patrũ volumina reuoluerat. Vidisse potuerat Originẽ in Periarchon lib. 2. cap. 2. Tertull. contra Praxean, & contra Marcionem lib. 3. cap. 9. Basilium l. de Spiritu Sancto, Amboros. de Abraham lib. 2. cap. 8. Gennad. de Ecclesiasticis dogmatib. cap. 12. Epiphanium lib. 2. tom. 1. contra hæreses, Synodum 2. Nicænam act. 4. definientem, quod de Angelis sic sentit Ecclesia esse quidẽ intelligibiles, sed non omnino corporis expertes, verum corpore tenui præditos, & aereo, siuè igneo sicut scriptum est. Qui facis Angelos tuos spiritus, &c. Solummodò Deus Spiritus est.

Quare mirum iam videri nemini debet si post tot, tantique ponderis Patres, & Sanctissimos viros dubius hæserit Mellifluus, præsertim accedente Aristot. sent. 11. metaph. text. 20. asserentis, nibil posse moueri nisi fuerit materia constans, cuius sententiam antiquitas sequi videbatur. Sit nihilominus vera, & certa.

Text. 3.

Ex serm. 5. in Cant.

Cœterum Angelica corcorpora, verũ nam ipsis spiritibus naturalia sint sicut hominibus sua, & sint animalia sicut homines, immortalia tamen, quod nondum sunt homines: porrò ipsa corpora mutent, & versent in forma, & specie qua volunt quãdo apparere volunt, densantes, & solidantes ea quantum volunt, cum tamen in sui veritate præsubtilitate naturæ, atque substantiæ suæ impalpabilia sint, & nostris omnino inattingibilia visibus: an verò simplici spirituali substantia

RESOLVTIO.

Angeli sunt puri Spiritus omnis prorsus expertes materiæ.

Est definitio Concil. Nicani 1 in quo Deus dicitur creator vi bilium, & inuisibilium. Ex se Synodo habetur Angelos esse tellectuales, & inuisibiles. Actuum 23. eadem Resoluti

subsistentes, corpora cum opus est sumant, rursumque expleto opere ponant in eãdem de qua sumpta sũt materiam dissoluenda; nolo, vt à me requiratis.

Text. 4.

Ex eodem serm.

Iam quod & super cœlestes Spiritus opus corporibus habeãt illa maximè certos nos faciat vera, & vere diuina sententia. Nonne omnes, ait, administratorij spiritus sunt, missi in ministerium propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? Quonam ergò modò implẽt ministerium suum absque corpore, pręsertim apud viuentes in corpore? Denique non est discurrere, nec de loco ad locum transire nisi corporum, quod frequẽter Angelos facere, tàm indubitata, quàm nota probat auctoritas. Hinc est quod, & visi sunt Patribus, & ad eos intrauerunt, & manducauerunt, & pedes lauerunt. Ità inferior superiorque spiritus proprijs corporibus e-

firmatur dum damnãtur Saducæi, & Samaritani: tamquã heretici, quod Angelos, & spirituales substantias non admitterent. Idem etiam docet Concil. Lateran. relatum in cap. Firmiter, ratio verò conuincens est, quia deesset orbi genus illud entis, quod illius perfectionem multum auget.

Quare pro solutione argumentorum, dicendum videtur cũ Damasceno 2. de Fide cap. 3 Patres præfatos esse loquutos nõ absolutè, sed respectiuè, ita vt Angelus respectu Dei corporeus, respectu nostri incorporeus sit, sumendo videlicet corporeum, & incorporeum, pro perfectò, & imperfecto. Sic soluit hoc dubium Ludouicus Maratius in tract. de Angelis disp 2. sect. 1. in quæst. 50. art. 1. Blosius lib. 2. Enchirid. cap. 11. Et reuera sufficiens videtur ad conciliandum Mellifluum, qui corpus in Angelis ad functiones quasdas obeundas, dumtaxat exigit. Sed non est sufficiens ad excusandos illos, qui dicunt Angelos habere corpus ex aere crasso, vt Rupertus, vel ex aere purissimo, vt August. vel ex materia subtili qualis est ventus, ignis, fumus, &c. vt visum est Cæsario fratri Gregor. Nazian. dialogo primo, quos vix excusari posse dicit P. de Rhodes disput. 1. de Angelis, quæst. 1. sect. 2. § 1. Licet excusari vere possint dicendo illos fuisse loquutos opinatiuè, vel inquisitiuè prout de facto sic egisse

t, sed tamen quibus iu- nt, non etiam iuueniuntur.

Text. 5.

Operatur tamen immensa, & innumera per subiectã creaturam corporalem, siuè spiritualem, sed quasi imperans, non quasi mendicans. En (verbi gratia) quod linguam meam corporalem assumpsi nunc in opus suum, docere videlicet vos, cum per se absque dubio facilius suauiusque id posset, profectò indulgentia est, non indigentia. In profectu siquidem vestro meritum quærit mihi, non sibi solatium. Id ipsum sapere opus est omni homini operanti bonum, ne forte in se de bonis Domini, & non in Domino glorietur.

Text. 6.

Ex serm. 74. in Cant.

Et (ni fallor) vnus Angeli animæque decor ipsa est. Quid enim vel hæc, vel ille, absque sapientia, nisi rudis deformisque materia est?

egisse in hac materia constat legẽtibus illorum opera in quibus modo illos corporeos, modo incorporeos, & puros spiritus vocant.

Quod sanè habet locum in Mellifluo, qui cum examinat an Angelorum corpora sint ipsis naturalia sicut hominibus, indecisum relinquit, vt habes in text. 3. & cap. 4. lib. 5. de consid. vbi id inter opinabilia reponit. Cum autem in textu 4. exigit illis corpora ad functiones obeundas, nihil amplius videtur desiderare, quã quod possint sibi aptare, & assumere corpora ad munera sibi imposita obeunda, idque insinuat in text. 4. & obseruat Coel. Rodigin. cap. 2. lect. antiq. cap. 5. intelligendus Bernard. de corpore non naturaliter conglutinato, sed ad aliquid assumpto.

Cæterum cum præscindendo ab hac controuersia, Angelos sempe vocet spiritus, vt habes in du bus primis textibus, & spiritu substantiam corporali opponat patet ex text. 5. Indicium n festum est illum in Resoluti nostram semper fuisse prop rem, facit & ad rem, quo homil. 3. in Lucam: Ange tuisse intrare ad Maria clausis, quod spirituum

Nec obstat quod in t cat sine materia nihil se, id enim intelligend poreum moueri non corporeo, sic videlicet

bilis sit in parte loci, parsque post partem succedat eidem spatio: vel dic negare motum visibilem, & sensibilem qualis necessarius est ad munia, quæ ibi describuntur; non autem negare motum spirituum, & inuisibilem.

Posset adhuc desumi aliud argumentum ex text. 6. nam detracta sapientia ab Angelo, sola remanet materia Angeli, ergo supponit Angelum esse materialem, sed familiare est scholasticis subiectum formæ vocare materiale, respectu formæ ipsius, sic etiam in compositione metaphys. Genus solet dici materia: differentia verò forma, in hunc sensum loquitur Mellifluus, nam sine sapientia, remanet sola materia, idest solum subiectum sine forma.

Doctr. Mellifl. pro Art. 3. Text. 1.

Ex cap. 3. lib. 5. de Consid. Vnum siquidem tui, & Angeli optimum, ratio, & *cap. 4. lib. 5. de Consid.* Porrò intellectu prȩditos non fide, non opinione, sed intellectu capimus.

Text. 2.

Ex serm. 1. de S. Michaele. Constat sine dubio ratio-

ART. III.

Vtrum in Angelis sit potentia intellectiua.

Thomistæ præcipuũ suum fundamentum ex immaterialitate Angelorum desumunt, nobis quibus certissimum non est hoc principium licet probabilissimum, alijs medijs veritas est inquirenda sit igitur.

RESOLVTIO.

Angelus est intellectualis, est

 Mel-

participes, & capaces
itudinis humanas Ani-
s, Angelicæ cognatas es-
naturæ.

Text. 3.

Ex serm. 31. in Cant.

Videmus nunc per speculum, at istud sanè donec viuimus inter gentes. Nam inter Angelos aliter, quando iam indifferenti omninò fœlicitate cum ipsis videbimus & nos sicuti est, hoc est in forma Dei, & non in vmbra.

Et infra ibidem.

Angelus in splendore vultus gloriæ gloriatur.

Text. 4.

Ex lib. de Gratia, & Lib. Arb.

Sicut Cœlestis Angelus; aut etiam Deus ipse permanet libere bonus.

Text. 5.

Ibidem.

Diuinæ similitudinis sũmum gradum, summi tenẽt Angeli.

Mellifluì ex appositis, primus textus est per se notus, & 2. Deinde secundò prob. ex textu 3. ex quo habetur Angelos videre Deum, ergo habent intellectum prob. consequentia, nam dato, quod haberent corpus adhuc per oculos corporeos Deus ab illis videri nõ posset. Ergò habent intellectum per quem Deum vident.

Secundò prob. ex 4. Text. in quo Angelus dicitur libertate præditus, libertas autem est ab intellectu simul, ergò.

Tertiò ex 5. Angelus est ad imaginem Dei. Deus autem est intellectualis, ergò.

Aliæ rationes possent afferri ex alys, sed videtur superfluum in illis immorari.

Not. circa text. 2. Animas rationales dici cognatas Angelorum, quia infra ipsos participant de intellectualitate; ideoque intellectus Angelicus dicitur à Hyeronym. in Iob cap. 25. omnium perspicax. Vis enim intellectiua in Angelo potentijs prædita non est intellectus agentis, & passi. Nec recipere phantasmata, nec denudare, illustrareque rerum species necesse habet; cunctaque sibi inferiorũ cõprehendit, non sua essentia, qui infinitate non gaudet, vt Deu sed per species sibi inditas, eo ordine distributas, vt sicuti I sua vna essẽtia simul omnia c scit; ita Angeli, qui sub res sunt per pauciores,

Text. 6.

Ex serm. 19. in Cant.

Angelica creatura irrepercussa mentis acie intuetur diuinorum iudiciorũ abyssum.

vniuersaliores species intelligant. Percipiunt non discursu ratiocinationeue, compositione, aut diuisione, sed vno intuitu, vna simplicique apprehensione, composita simpliciter, mobilia immobiliter, materialia immaterialiter; de illis Damasc. disserens lib. 2. de Fide Orthod. cap. 3. hæc habet: Angelus est essentia intelligẽs, perpetuo motu, atque liberi arbitrij libertate prædita, corporis expers, Deo seruiens, &c.

Cyrill. Alexand. 4. lib. Commentariorum in Ioann. super illud Psalm. Panem Angelorum manducauit homo: Patet *(addit)* quia Angeli sunt Spiritus, naturaque intellectus, spirituali quoque illos, ac intellectuali frui alimẽto. *Vtrum autem ex immaterialitate recte Angelorũ intellectualitatem colligant, relinquo alijs examinandum sicut, & alias difficultates, quæ ad finem nostrum nõ conducunt. Plures alij textus ad hanc conclusionem probandam opera Mellifl. legentibus, occurrent.*

Doctr. Mellifl. pro Art. 4.
Text. 1.

Ex serm. 17. in Cant.

Ergò in Cœlo concepit dolorem, & peperit in Paradiso iniquitatem prolem malitiæ; matrem mortis, & ærumnarum.

ART. IV.

Quando fuerint creati, & quanto tempore illorũ via durauerit.

Circa primum, vix aliquid certi haberi potest. Nam Græci sequuti veteres Hebræos, & Ægy-

Textus.

Ex serm. de Ligno, Fœno, & Stipula.

Nusquã est securitas fratres, neque in Cœlo, neque in Paradiso, multo minus in Mundo. In Cœlo enim cecidit Angelus sub præsentiá diuinitatis. Adam in Paradiso de loco voluptatis. Iudas in mundo de schóla Saluatoris.

Text. 2.

Ex serm. 74. *in Cant.*

Perdidisti in decore tuo sapientiam. Nolo decorem qui mihi sapientiam tollat. Quæris quis ille tam noxius tanque perniciosus decor? Tuus. Adhuc forte sine intellectu es? Planius audi. Priuatus. Non culpas donum, sed vsum. Denique si aduertisti non in decore, sed in suo decore dictus est ille perdidisse sapientiam. Et (ni fallor) vnus Angeli animæque decor ipsa est. Quid enim vel hæc, vel ille absque sapientia, nisi rudis deformisque materia est?

ptios, multis sæculis ante mundum conditos fuisse crediderunt: quorũ sententiam D. Augustinus sic impugnauit, vt visus sit illã eo ipso condemnasse: vide quid de illa sẽserit lib. 11. *de Ciuit. cap.* 12. *& lib.* 4. *Confess. lib. item* 4. *de Genesi ad liter. Illius sententiam sequuntur Gregor. Beda, Rupertus, Hugo, Magister Sent. Epiph. hæresi* 61. *idem habet Caramuelis Pandaxion physicoeticon. Estque iam communis, vt probat Leonardus Coquæus in cap.* 32. *lib.* 11. *de Ciuitat. Angelos videlicet creatos fuisse cum Mundo corporeo; qua de re licet textus expressus nõ habeatur in Mellifluo, habetur tamẽ ex apposito sufficiens fundamentũ inferendi, illos non fuisse creatos ante mundum, cum dicat:* in cœlo concepisse dolorem; *sed cum mundo, quæ est communis, vt præmissum est.*

Pro secũdò, duo nos docent appositi text. secundus, quidem Angelos etiam malos fuisse aliquando innocentes, & sapientia exornatos: Tertius verò ipsos breui tempore in inocentia permansisse: quæ quidem duo, causam dederunt scholasticis in diuersas abeundi sẽtentias, pro quibus.

Nota quæstionem agitari quanto tempore fuerint viatores eamque dupliciter, vel secundum instantia Angelica, vel secundum instantia nostri temporis.

Instantia Angelica consurgunt ex

Ea ergo ille non modo formatus, sed, & formosus fuit. Sed perdidit eam cum fecit suam, vt non sit aliud in decore suo, quam in sua sapiẽtia perdidisse sapientiam. Proprietas in causa est. Quod sibi sapiens fuit, quod non dedit gloriã Deo, quod nõ retulit gratiam pro gratia, quod non secundum veritatem ambulauit in ea, sed ad suam eam retorsit voluntatem: istud est cur eam perdidit, imò istud est, quod eam perdidit. Etenim sic habere, perdere est.

Text. 3.

Ex serm. 1. Aduentus.

Lucifer enim ille qui mane oriebatur, pro eo quòd Altissimi similitudinẽ vsurpare tẽtauit, & rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo (quod vtique filij est) præcipitatus illico corruit; quoniã zelauit pro filio pater, & opere dixisse videtur. Mihi vindictam, & ego retribuam. Continuo videbã Sathanam tamquam fulgur cadentem de cœlo.

ex diuersis eorumdem operationibus incompossibilibus, igitur qui illorum viam inuestigant per instantia Angelica dissentiunt inter se. Salmaticenses in tract. de Angel. disput. 12. dub. 1. Gamachæus quæst. 61. de Angel. §. de statu Gratiæ, & Gloriæ eorumdem: duobus dicunt viam illorum, bonorum scilicet fuisse absolutam, malorum verò tribus, eorum ratio est, quod Angeli boni in innocentia perseuerarint, & ideò duo dant illis instãtia vnum viæ aliud termini: Malis verò tria, quia prius fuerunt boni, deinde peccarunt; Tertiò, tandem debitam assequuti sunt pœnam.

Qui verò viam Angelorum in ordine ad nostrum temp us mensurant, tribus illam instantibus complent: Ita Arriaga disputat. 20. sect. 5. Auersa quæst. 62. sect. 5. apud Madernum pro senten. Melliflui sit.

RESOLVTIO.

Angelorum via tribus instantibus consistit. Colligitur ex appositis; ex quibus constat primum instãs fuisse commune omnibus dilectionis Dei, & innocentiæ. Secundum preuaricationis in dæmonibus, in bonis perseuerantiæ. Tertius in bonis assequutio Gloriæ, in malis præcipitatio ad pœnam. Idem docent Thomistæ, & Rosselius in suo Trismegistro lib. 2. cap. 3.

Text. 4.

Ex ferm. 69. in Cant.

Verum vtraque altitudo deiecta eſt, ſed in homine mitius: iudicante ita illo, qui omnia facit in pondere, & menſura. Nam Angelo in furore punito, imò damnato, homo iram tantũ ſenſit, & non furorem. Nempè cum iratus fuit, miſericordiæ recordatus eſt. Propter hoc ſemen eius filij irę, & non furoris vſque in hodiernum diem. Si non naſcere filius, iræ non opus eſſet renaſci. Si furoris filius naſceret: aut non contigiſſet, aut non profuiſſet renaſci. Vis videre furoris filiũ? Si vidiſti ſathanam tanquam fulgur cadentem de cœlo, quod eſt in impetu furoris præcipitatum: & cognouiſti de furore Dei.

cap. 3. vbi viri docti tria inſtantia tribuunt Angelis, inquit, in primo omnes fuerunt in Gratia. In ſecundo, boni meruerunt, mali demerunt. In tertiò, Boni Gloriã, mali pœnam ſunt adepti.

Dices Angeli boni perſeuerarunt in Gratia, quam habuerunt in primo inſtanti; ergò vnico inſtanti Angelico fuerunt viatores.

Reſpondet. Quod quando mali peccauerunt, boni nouam Gratiam ſunt aſſequuti ad nouas difficultates ſuperandas, & ad reſiſtendum malorũ tẽtationibus, propter quod ſecundum inſtans Angelicum conſtituendum eſt.

Habemus igitur ex præmiſſis in tribus diuerſis inſtantibus poſſe, & debere conſiderari Angelos. Primò, in eo in quo conſtituti ſunt à ſuo Creatore ex nihilitatis baratro prodeuntes, & eſſe accipientes actuale.

Secundò, in eo in quo quodammodo emancipati, ſui iuris facti ſunt, & in potentias proprias dominium exercuerunt.

Tertiò, in ſtatu vltimi termini, quem ſibi quiſque per actus ſuos liberos promeruit.

Cum igitur conſtet ex Sacra Scriptura Angelos Deum ab initio coluiſſe, id enim ſonant illa verba Iobbi cap. 58. Quis demiſit lapidem angularem eius cũ me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. *Siquidem per aſtra Angelos gloſſa Lyrani,*

rani, Vgo Cardinalis, Gregorius Magnus in Iob. cap. eodem intelligunt.

Merito quæri potest an Angeli in quolibet illorum instãtium Deũ cognouerint, dilexerint, & aliquo cultu, honoreue fuerint prosequuti: ad hunc effectum sit.

PARS SECVNDA.



Voniam difficultates examinandæ tàm in hac, quàm in sequentibus partibus, pendent ex hac quales fuerint creati in ordine ad dona gratuita, & supernaturalia, ideò præmittendus est.

ART. I.
Vtrum Angeli fuerint creati in Beati.

Hæc doctrina sufficienter explicatur in Tractatu speculatiuo antecedenti de Angelis qu. 6. ar. 1.

ART. II.
Vtrum Dæmones in hac resolutione censendi sint comprehensi.

RESOLVTIO.

Est affirmatiua propter illud Eze-

Doctr. Mellifl. pro Art. 2.
Textus.

Ex serm. B. Mariæ super verb. Apocal.

Imò verò ille stultus, & totius stultitiæ princeps, qui vere mutatus, vt Luna sapientiam perdidit in decore suo.

Illud etiam serm.10. in Cœnâ.
Venit Diabolus nō Princeps creaturarum, sed peccatorum, nō lucis, sed tenebrarũ, non vitæ, sed mortis. Venit Princeps superbiæ, Princeps inuidiæ, Princeps liuoris, &c.

Doctr. Mellifl. pro Art. 3. Textus.

Ex serm.5. de verbis Isaiæ.
Nam primis Hominis in initio quidem nō modo recta, sed etiam pura fuit, quamdiu ei datum est, nec sentire peccatum. Cœterũ & hæc ipsa quoniam firma non fuit, & puritatem facile perdidit, & ne ipsam quoq; retinuit rectitudinem suam. Sanè apud Angelos iustitia recta, pura, & firma est, sublimis quidem: sed adhuc longè inferior quàm Diuina. Non enim innata est eis, sed à Deo collata, vt natura ipsa, quod ex se est, non modo iustitiæ, sed etiam iniustitiæ capax inueniatur. Nunquid non ista est prauitas quædam, quam in Angelis suis, vera illa iustitia

Ezechiel. cap 18 Perdidisti in decore tuo sapientiam; *cui concordant Ignatius epist.ad Philip. Dionys. cap. 4. de Diuinis nominibus, Tertullianus lib. 2. aduersus Marcio.*

ART. III.

An Gratia in qua creati fuerunt omnes Angeli sit illis connaturalis.

Tractat hanc materiam Reuerendiss. Caramuel in suo Pandoxio physicoethico controuersia de Iure naturali Angelorum respectu, artic. 2. respondens potuisse creari in pura natura, idque semel docuisse Augustinum, poterat addere Cyrill. Alexandrin. lib 6. in Ioann. vbi hæc habet: Fuit ergo Angelus ipse in suæ conditionis naturæ antequam prolaberetur, & homicida fieret (*& paulò post*) prolapsus est à natiua bonitate: *Eandem sententiam Gregor. Magnus lib. 32. moral, cap. 18. tractans illud Ezech. 28.* Aurum opus decoris tui, &c. *expressis verbis asserit Luciferum aurum gratiæ nunquam fuisse assequutum. Anselmus pariter dia-*

logo

legitur inueniſſe? Nō enim iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, ait, is qui Dei iuſtitiam minimè ignorabat. Nec ait, omnis homo; ſed omnis viuens, forte vt ne ipſos Angelicos eū noueris ſpiritus excepiſſe. Viuunt enim & ipſi tāto verius, quanto proprius aſtant ei apud quem eſt fons vitæ. Nihilominus etiā iuſti ſunt, ſed ex eo, non corā eo: munere eius, non in eius comparatione. Ipſa enim ſibi iuſtitia eſt, cuius voluntas non tàm æqua, quàm ipſa æquitas. Et vtraque non aliud, quam ipſa ſubſtantia eſt. Illa ergò iuſtitia veriſſime ſicut mons eſt, quæ recta eſt, quæ pura eſt, quæ firma eſt, & vt dixerim, etiā ſubſtantia eſt.

logo de caſu diaboli cap.6. in hanc declinauit ſentent. ſed omniū clariori ſententia Angelos non malos, ſed ſua in conditione pueros prodiſſe exponit Hugo Victorinus in Summa Sententiar. tract. 2. cap 2. hæc ſcribens: Solet à quibuſdam quæri vtrum boni, an mali, iuſti an iniuſti, Beati an miſeri creati ſint Angeli, eos fuiſſe bonos in primo exordio creationis conſtare debet, ideſt ſine vitio. Non enim optimus creator author eſſe mali poteſt. Sed nec iuſti, nec iniuſti tunc fuerunt, nec aliquam virtutem tunc habuerunt. *Eodemque pede graditur Bonau. in 2. D. 4. quæſt. 3. Quare Caramuel potuit iudicioſe reprehendere Caluin. Luther. & ex Catholicis Baium, & Ianſenium, quod dixerint Auguſtinum ſenſiſſe gratiam, ita naturalem eſſe Angelo, & Homini, vt ſine ea etiam de potentia abſoluta creari non potuerint, his igitur prænotatis, quid tenendum ſit fuiſse factum docet ſequens.*

RESOLVTIO.

Angelis fuit à Deo data Gratia in iſtanti ſuæ creationis: ita Mellifl. in appoſito in quo elegantiſſimo ſuo ſtilo Patrum mentem explicat afferens rationē cur Gratia in Angelis non ſit illis innata, ſed à Deo collata, ſunt enim inferiores Deo, habent potentiam ad

peccãdum, & omne bonum supernaturale ab eo, habent tanquam cõmplementum illius esse supernaturalis ad quod ordinantur, quare sententiam in huius articuli limine citatorum tacite damnat sicut illam damnant Patres cit. in art. 1. præsertim August. 12. de Ciuitat. cap. 9. cum scribit: Angelos cum amore casto, quo illi adhærent creauit simul in eis condens naturam, & largiens gratiam.

ART. IV.

An Angeli Deum cognouerint in primo instanti.

Amoris Angelici fundamentũ, & mensuram, quia Mellifluus cognitionem assignat, de duobus his extremis per relationem reciprocã ratiocinandum est; & ideò tot cognitionis species quot amoris, & viceuersa ex hoc principio admittunt Eucherius cap. 2. in Genes. Isidor. lib. 1. de summo bono cap. 10. Beda quæst. in Genes. admittunt inquam diuisionem cognitionis Angelicæ, non solum in patria, sed etiam in via de qua agit à cap. 22. vsque ad 26. lib. de Genesi ad litteram, in quibus docet Angelos mox vt conditi fuerunt in seipsos reflexisse, seque fuisse contemplatos, sed exitu diuerso. Nam mali nimio fastu elati, tene-bræ

Doctr. Mellifl. pro Art. 4.
Textus.

Ex serm. 19. in Cant.

Hi ergo omnes prout capiunt diligunt, sed enim adolescentulæ, quoniam minus sapiũt, minus & capiũt, nec omnino sufficiunt ad tã sublimia.

bræ facti sunt; boni, sui præstantiā in Deum referentes, lux euaserūt; & hoc est doctrinæ Mellifiui valdè consonū, qui in serm. 1. de Annunciatione paulò ante cit. inter bona cōcessa Angelo à Deo in primo instāti, pædagogum veritatem enumerat sic scribens, sed erat illi etiam necessarius eruditor tanquam ingenuæ, & nobili creaturæ.

RESOLVTIO.

In Angel. datur duplex amor, naturalis scil. & supern. D. Th. 1. q. 56. ar. 7. post Mellifl. & citat.

Doctr. Mellifl. pro Art. 5. Text. 1.

Vide loc. cit. in Comment.

Textus.

Ex cap. 7. de amore Dei.

Sed nos Domine te diligimus affectu amoris à te nobis indito: tu vero conditor omnium, & affectuum bonorum, & animarum afficiendarum, &c.

Text. 2. pro Resol. 1.

Ex serm. 5. in Cant.

Porro autem super cœle-

A R T. V. Vtrum Angeli dilexerint Deū in primo instanti.

Duas etiam amoris species agnoscit Mellifluus in tractatu de diligendo Deo ad Haymeric. & in alijs libris de dignitate, & natura amoris, vnde duplex potest esse quæstio. Scilicet vtrum Angeli in primo instanti dilexerint Deum amore naturali, & vtrum dilexerint illum amore supernaturali, sed quia amor naturalis est duplex vnus naturalis, qui sequitur appetitum innatum, & est pōdus, siuè propensio naturæ; alter elicitus. Ideo sit.

RESOLVT. I.

Angeli in primo instanti viæ di-

ſtis ſpiritus abſque adiutoris corporis,& abſque intuitu horum, quæ per corpus ſentiuntur, ſola profectò ſuę vicinitate, ac viuacitate naturæ, ſufficit apprehendere ſumma,& intima penetrare. An nō hoc Apoſtolus intellexit, qui cum diceret: Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciūtur: adiecit protinus,à creatura mundi? Nimirum quoniam à creatura cœli, non ita. Quo enim is inuolutus carne, & terræ incola ſpiritus ex conſideratione ſenſibilium proficiens, gradatim quodammodo paulatimque nititur peruenire: eo ille cœleſtium habitator ingenita ſubtilitate, ac ſublimitate ſua in omni velocitate facilitateque pertingit, nullo vtique ſenſus corporei adminiculo fultus, nullo corpore membri adiutus officio, nullo corporeæ cuiuſcumque rei informatus intuitu.

lexerunt Deum, vt authorem naturæ neceſſario tam quoad ſpecificationem, quam quoad exercitium appetitu innato.

Prob. Quia naturalis inclinatio eſt ad vnum determinata, maximeque ad proprium bonum, ergo & ad Deum naturæ authorem ſine quo, nec Angeli per momentum exiſtere poſſunt. Itaque Angeli amando ſe, naturaliter quoque, & neceſſario amant Deum, imo magis Deum, quam ſeipſos ſic enim res inanimatæ, magis appetūt bonum vniuerſale appetitu innato, quam proprium, & vniuerſale. Ignis, & leuia, quæ ſurſum aſcēdunt deſcendunt tamen, vt vacuū impediant, & pars exponit ſe pro toto; & hic amor etiam in cacodæmonibus perſeuerat, vt notat Gamachæus qu. 60. & explicat Melliſluus in appoſitis.

RESOLVT. II.

Angeli actu elicito in primo inſtanti amarunt Deum etiam vt finem ſupernaturalem libere quodammodo, & aliquo modo neceſſario. Prob. quia ſi omnino neceſſario illum amaſſent, non potuiſſent ab illo amore declinare ſicut dictū eſt de amore naturali innato; ſed declinarunt, ergo non fuit talis amor naturalis, & neceſſarius.

Secundò, non potuit etiam eſſe totaliter liber, quia cum ad actum illum elicitum, tàm naturalem, quā ſu-

supernaturalem fuerint applicati à Deo, non potuit actus ille terminari ad peccatum, quia tribueretur applicanti, quod repugnat; potuissent tamen Angeli non elicere, & ideò liberi quidem sunt quoad exercitium, sed necessitati quoad specificationem.

Obÿ si Angeli in primo instanti creationis actu elicito dilexerunt Deum, vt finem supernaturalem sequitur nunquã potuisse deinceps peccare, quod tamen falsum esse fides docet. Sequela prob. nam Angelorum natura tantæ perfectionis est, vt obiecto semel apprehẽso immobiliter adhæreat neque enim in Angelica cognitione error potest in esse.

Text. 3.

In lib. de Gratia, & lib. Arb.
Omne quod feceris bonũ malumue, quod quidem nõ facere liberũ fuit merito ad meritum reputatur, &c.

Resp. ad prob. sequelæ Angelos immobiliter adhærere illi obiecto, quod semel ex perfecta electione, & deliberatione elegerunt, secus autem si obiecto adhæserit sine perfecta electione, & deliberatione, vt in nostro casu contingit. Nam actus ille dilectionis per quem cõuersi sunt in Deum, vt authorem, & finem supernaturalem erat solum liber quoad exercitiũ, sed necessarius quoad specificationẽ, quia à Deo vt speciali motore procedebat; & hæc doctrina est valde conformis ei, quam docet perpetuo Mellifl. præsertim de Gratia, & Lib. Arbitrio. Vnde non est audiendus de Rhodes disputat. 1. de Angel. quæst. 3. §. 2. concludens Angelum æque liberum fuisse in pri-



primò, ac in secundò instanti multa enim supponit, & multa reijcit nec supponenda, nec reijcienda. Negat Angeli voluntatem fuisse determinatam in primò instanti. Negat aliquam inaduertentiam esse necessariam ad peccandum Negat effectum qui fit in primo instãti tribuendum esse producenti. Et vult adfuisse Angelo omnia ad perfectam libertatem necessaria, quæ alij negant.

Doctr. Mellifl. pro Art. 6. Text. 1.

Ex homil. 2. in Lucam.

Virum autem dixerim fuisse Iesum, non solum iam cum diceretur vir propheta, potens in opere, & sermone, sed etiam cum tenera adhuc infantis membra, Dei mater blando, vel foueret in gremio, vel gestaret in vtero. Vir igitur erat Iesus nec dum etiam natus, sed sapiẽtia non ætate, animi vigore non viribus corporis, maturitate sensuum non corpulẽtia membrorum. Neque enim minus habuit sapientie, vel potius nõ minus fuit sapientia Iesus conceptus quã natus, paruus quã magnus,

ART. VI.
Quid meruerint Angeli in primo instanti.

Quamuis Deus potuerit creare Angelum, & in primò instanti creationis dare illi beatitudinem supernaturalem omninò gratis, & sine vllis meritis; id tamen non fecisse est indubitatum. Primò, quidem quia à beatitudine supernaturali impossibile est excidere beatũ, siquidem in illius obiecto omne bonum reperitur, & ideo non potest semel ad illius visionem admissus ab eo resilire. Secundò, quia hoc est priuilegium reseruatum Animæ Christi propter vnionem, quã habet cum verbi supposito, vt habent text. 1.

Certum similiter est Angelos in beatitudine naturali fuisse creatos cuius rationem assignat Mellifl. in secundo apposito ad quem remitto Lectorem.

Cer-

Siuè ergo latens in vtero, siuè vagiens in præsepio, siuè iam grandiusculus interrogans Doctores in Templo, siuè iam perfectæ ætatis docens in populo, æque profecto plenus fuit Spiritu Sancto. Nec fuit hora in quacunque ætate sua, qua de plenitudine illa, quam in sui conceptione accepit in vtero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidem adijceretur, sed à principio perfectus, à principio, inquã, plenus fuit spiritu sapientiæ, & intellectus; spiritu cõsilij, & fortitudinis; spiritu scientiæ & pietatis; & spiritu timoris Domini.

Text. 2.

Ex lib. de Dignitate amoris cap. 1.

Ars est artium ars amoris cuius magisterium ipsa sibi retinuit natura, & Deus author naturæ: ipse enim amor à creatore inditus nisi naturalis eius ingenuitas adulterinis aliquibus affectibus propedita fuerit, ipse inquã se docet, sed docibiles sui, docibiles Dei. Est quippe

Certum pariter est omnes Angelos in primo instanti, duplici conatu in Deũ fuisse conuersos, Naturali, videlicet, & supernaturali, qui fuit à Gratia. Vnde circa hunc actũ supernaturalis cõuersionis in Deum disputant, vtrum actus illi præcesserint Gratiam habitualem fuerintque veluti dispositiones ad illam; an potius prior fuerit data Angelis, & ex illa boni illi actus charitatis, & aliarum virtutum tanquam fructus effluxerint, & tanquam effectus emanarint; primæ sententiæ adhærent Suares, Grenados.

Secundæ Capreolus, Victoria, Molina, Arriaga, quibus annumerandum existimo Mellifluum.

Primò, propter ea quæ docet in text. 3. Deum præuenire creaturã liberam, sed si Angelus debuisset se præparare, & promereri Gratiam, Deus non præuenisset illum, sed fuisset præuentus ab Angelo.

Secundò, Mellifl. concedit, & docet Gratiam fuisse datam Christo absque vlla dispositione; in textu primo, & homini similiter in text. supra posito ex sermon. 1. de Anunciatione. Ergo multo magis Angelo, qui est medius inter vtrũque. Tertiò, idem subiectum non potest se disponere ad formam, & habere formam; serm. 68. in Cant.

Quartò, ergo in primo instanti Angelus non potuit prius operari bonum, & simul habere operationis præmium.

Quin-

amor vis animæ naturali quodam pondere ferens eã in locum, vel finem suum. Omnis enim creatura siue spiritualis, siue corporea, & certum habet locũ, quo naturaliter fertur, & naturale quoddam põdus, quod fertur. Pondus enim, vt ait quidam vere philosophus, non semper fert ad imaginẽ sursum, aquam deorsum, sic & de cœteris. Nam & hominem agit pondus suũ naturaliter spiritum ferẽs sursum, corpus deorsum, vnũ quodque in locum, vel finẽ suum. Quis enim corporis locus? Terra, inquit, es, & in terram ibis; de spiritu vero in libro sapientiæ, & reuertetur, inquit, spiritus ad eum, qui creauit eum. Vide hominem dissolutum, quomodo totus põdere suo fertur in locum suum, cum res bene, & ordine suo procedit spiritus redit ad Deum, qui creauit eum, corpus ad terram, nec in terram solum, sed in elementa, ex quibus compactum, & formatum erat. Cùm enim quiddam in eo terra, quiddam aqua,

Quintò, in Angelis attendendus est modus operandi suæ naturæ conformior, sed conformius est illi operari per principium intrinsecũ, quam per principium extrinsecũ, & per habituale, quam per actuale: ergo Angelus habuit Gratiam sine propria dispositione, & sine vllo merito præcedenti. Denique Dei largitas, & beneficentia longe nobilius elucescit per collationem Gratiæ habitualis, quam per infusionẽ doni actualis ex his omnibus ponenda est.

RESOLVT. I.

Angeli in primo instanti habuerunt Gratiam habitualẽ ex pio, & gratuito affectu Diuinæ bonitatis: & ex illo habitu actus virtutum eliciuerunt, & exercuerũt, probata est sufficienter, potest tamen addi ad corroborationem mentis Melliflui text. 4. ex Isaia.

RESOLVT. II.

Angeli per actus elicitos in primo instanti meruerunt Gratiæ hãbitualis augmentum, & supernaturalem fœlicitatem. Probat. ex apposito, qui licet sit de homine prolatus, attamen in hoc æquales sunt Homo, & Angelus, ex Apocal. confirmat. quia in his actibus cõcurrunt omnia necessaria ad meritum, ex Concil. Trident. sess. 6. & libertas illa est sufficiens.

Di-

& quiddam aer sibi vendicet cum naturalis compactionis, naturalis sit dissolutio, pondere suo vnũquodque recurrit ad suum elementum,& tunc plena facta est dissolutio, cum horum omnium in locum suum facta fuerit restitutio. Quæ, vtrum corruptio, vel putredo, & non potius, vt dictum est, resolutio melius vocanda sit, iudicet qui vult. Et cũ horum nihil à naturæ suæ tramite aberret, sola misera anima, & degener spiritus, cum per se naturaliter contendat, peccati vitio corrupta nescit, vel difficile discit ad suum redire principium. Naturali quidem pondere suo semper eo impellitur cũ beatitudinẽ desiderat, beatitudinem somniat, non nisi beatùs esse quærit. Beatus autem ille, & non alius: cuius est dominus Deus eius, sed beatitudinem quærens non in regione sua, nec in via sua, longe aberrat à naturali intentione sua.

Dices si per illos actus meruissent gloriam, fuisset illis data in secundo istanti. Resp. meritum primi instantis fuisse quidem inchoatum, sed non completum, & consummatũ, quia fuerunt liberi dumtaxat quoad exercitium, & motus ille charitatis procedebat à Deo, vt speciali motore, proptarea expectandum erat secundum instans, in quo Angelus perfecte liber, perfecte etiam se determinaret, & ex perfecta deliberatione eligeret obiectũ cui immobiliter adhæreret.

Quæres pro complemento art. vtrũ Gratia fuerit data Angel. ex Christi meritis. Resp. Quidquid dicant Medina, Nazarius, Aluares, Ioan. à Sancto Thoma, Vasques, de Lugo. Certum esse in via Melliflui, Omnem Gratiam à Christo in Angelos affluxisse, illisque omne prorsus promeruisse donũ supernaturale. Patet ex appositis eamque sententiã (vt scias Mellifluum recte sensisse) sustinẽt Suarez, Valent. Catharinus, Cabrera, Galatinus, & alij.

Textus Tertius.

Ex cap. 9. tractat. ad Haymericum.

Eius amor nostrum, & præparat, & remunerat. Præcedit benignior, rependitur iustior, expectatur suauior. Di-

ues est omnibus, qui inuocant eũ, nec tamen habet quicquam seipso melius. Se dedit in meritum, se seruat in præmium, se apponit in refectione animarum sanctarum, se in redemptione distrahit captiuarum. Bonus est Domine animæ quærenti te. Quid ergo inuenienti? Sed enim in hoc est mirum, quod nemo te quærere valet, nisi qui prius inuenerit. Vis igitur inueniri, vt quæraris, quæri vt inueniaris? Potes quidem quæri, & inueniri, non tamen præueniri. Nam etsi dicimus: Mane oratio mea præueniet te: non dubium tamen, quod tepida sit omnis oratio, quam non præuenerit inspiratio. Dicendum iam vnde inchoet amor noster, quoniã vbi consummetur, dictum est.

Textus Quartus.

Ex cap. 5. in Isaia.

Nihilominus iusti sunt, sed ex eo, non coram eo, munere eius, non in eius corroboratione.

Textus Quintus.

Ex tractat. de Conuersione ad Cleric. cap. 15.

Nec enim opera nostra transeunt, vt videntur, sed temporalia quæque velut æternitatis semina iaciuntur.

Textus Quæsiti.

Ex serm. 22. in Cant.

Quomodo ergo in principio erat Verbum, sed Verbum erat apud Deum, & factum est autem quatenus esse inciperet, & apud Homines: sic nihilominus in principio sapientia erat, erat iustitia, erat satisfactio, & redemptio, sed Angelis, vt esset, & Hominibus: fecit eum hæc omnia Pater, & fecit quod Pater. Denique qui factus est, in-

inquit, nobis patientia à Deo, & non ait simpliciter, qui factus es sapientia, sed qui factus est nobis sapientia: quoniam quod erat Angelis, factus est, & nobis.

At Angelis, inquis, quomodo redemptio fuerit, non video. Nec enim auctoritas Scripturarum vspiam assentire videtur eos aliquando, aut peccato extitisse captiuos, aut morti obnoxios, vt necessariam haberent redemptionem, exceptis duntaxat illis, qui superbiæ lapsu irremediabili corruentes redimi deinceps non merentur. Si itaque Angeli nunquam redempti sunt, alij vtique non egẽtes: alij non promerentes, illi quidem, quia nec lapsi sũt; hi autem, quia irreuocabiles sunt, quo pacto tu dicis Dominum Iesum Christum eis fuisse redemptionem? Audi breuiter. Qui erexit Hominem lapsum, dedit stanti Angelo ne laberetur, sic illum de captiuitate eruens, sicut hunc à captiuitates defendens. Et hac ratione fuit æque vtrique redemptio, soluens illum, & seruans istum. Liquet ergo sanctis Angelis Dominum Christum fuisse redemptionem, sicut iustitiam, sicut sapientiam, sicut sanctificationem: & nihilominus tamen hæc ipsa quatuor esse factum, propter Homines, qui inuisibilia Dei non nisi per ea, quæ facta sunt intellecta conspicere possunt.

Ex serm. 1. de Circumcis.

Idem quippe Angeli Saluator, & Hominis. Sed Hominis ab Incarnatione, Angeli ab initio creaturæ.

Doctr. Mellifl. pro Art. 7.

Text. 1.

Ex serm. 1. Aduentus.

Initium omnis peccati superbia, quæ tam velociter ipsum quoq; syderibus cũctis clarius micantem æter-

ART. VII.

Per quos actus virtutum Angeli augmentũ gratiæ, & beatitudinem supernaturalẽ meruerint.

Vniformis orthodoxorum sen-

na caligine obtenebrauit luciferũ: quæ non modo Angelum, sed Angelorum primum in diabolum commutauit.

Ex serm. in illud Apocal. signum magnum.

Vnicus ille stultus, & totius stultitiæ princeps, qui vere mutatus vt Luna, sapientiam perdidit in decore suo.

Text. 2.

Ex serm. 51. de modo bene viuendi.

Amor Dei nunquam est otiosus si verè amor est magna operatur, si vero non operatur, amor non est.

tentia, statuens & definiens, neminem vnquam accipere gratiam sanctificantem, quin simul etiam accipiat a Deo per infusionem habitus omnium virtutum theologicarum, moralium, & omnia dona Spiritus Sancti, vt definit Trident. sess. 6. cap. 7. non negabit hoc priuilegium Angelis, nec faciet illos inferioris conditionis homine iustificato, cum sint illo gratia, & natura sublimiores, vt ait Mellifl. lib. 5. de cons. & alibi. Asserunt enim D. Gregor. Damasc. Isidor. & Tertull. scribentes in illud Ezech. 28. Tu gnaculum similitudinis plenus sapientia, & decore in delicijs Paradisi fuisti. *Asserunt, inquam, nullum esse Angelum, qui aliquando non fuerit verè sanctus per gratiam à Deo acceptam, extenduntque ad ipsum Luciferum, qui etiam à Christo dicitur, non stetisse in veritate, & à S. Iuda amisisse principatum, colligitur ex illis, & de facto colligit Mellifluus datam illi fuisse gratiam illam, & dona illa quorum gratia est radix in primo instanti creationis, neque enim tergiuersationem admittunt verba Ezechiel.* Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. *Quæ post August. 12. de Trinit. cap. 9. eodem modo Mellifl. intellexit, vt indicant text. 1. & 2. qui nequeunt aliter explicari. Hoc igitur posito*

to dubium consurgit, an sicut omnes virtutes infusæ fuerunt in omnibus Angelis in primo instanti, ita omnium actus exercuerint, sit.

Text. 3.

Ex serm. 3. *in Isaiam.*

Ad contumeliam tuam, ò superbe, qui creatus inter Angelos stare non meruisti. Audi quid ipse loquatur ignem veni mittere in terrã, & quid volo nisi, vt accendatur. Vult ergò Seraphim fabricari, vt ibi stent vnde tu corruisti: *Seraphim*, inquit, *stabant super illud*; vt quid ergo tu, qui mane oriebaris Lucifer in veritate non stetisti, nisi quia Seraphim non fuisti.

RESOLVTIO.

Omnes Angeli in primo instanti exercuerunt actus virtutũ Theologicarum.

Prob. ex textu 2. *In primo instanti omnes Angeli habuerunt amorem Dei, amor autem iste non potuit esse otiosus, ergo exercuit aliquos actus. Debuit autem exercere actus theologicarum virtutum potius quam aliarum, ergo in primo instanti elicuerunt, & exercuerunt actus Theologicarum virtutum.* Maior *prob. ex text.* 3. *min. est clara in text.* 2. *consequentia, quia amor tendit in illud obiectum, quod amatur: Angeli autem amabant Deum; ergo debuit tendere in Deum, non potest autem tendere in Deum, nisi per actus elicitos virtutum theologicarum, ergo.*

2. *Argumentum petitur ex text.* 10. *& primo, in quibus dicitur Lucifer perdidisse decorẽ: decor autẽ ille pręcipuus fuit charitas idest amor Dei, ergo amisit charitatem, ergo illam habuit, verba enim hac amittere perdere, &c. licet in recto, & de formali priuationem significent, in obliquo tamen indicant præcedentem possessionem, non enim potest amit-*

Text. 4.

Ex serm. 53. in Cant.
Pleni denique Deo celsi meritis.

Text. 5.

Ex serm. 19. in Cant.
Diligitur Deus ab Angelis ob iudiciorum suorum summam æquitatem, ab Archāgelis ob consiliorū summam æquitatem.

amitti nisi quod habebatur.

Nec dicas Bernardum negare Luciferum fuisse Seraphim, cum dicit Seraphim non fuisti. Nam præmisit mane oriebaris Lucifer. *Fuit igitur in primo instanti Seraphim: sed in secundo non fuit, quia luce retenta calorem amoris abiecit; vlterius argumentari potest ex quarto Angeli dicuntur habere merita, quæ sine dubio acquisiuere in primo instanti saltem inchoatiue, sed non potuerunt mereri nisi per actus amoris Dei, cum iste amor sit radix, & fundamentum meriti. Igitur elicuerunt actus amoris, rursus actus amoris includit fidem, & spem, ergo exercuerunt actus theologicarum virtutum, quod sufficit ad* Mellifl*ui mentem explicandam.*

Denique ex textu 5. patet; quod omnes Angeli diligunt Deum amore supernaturali, licet ex diuerso motiuo; talis amor viguit in primo, & ex primo instanti, ergo omnes Angeli actus fidei, spei & charitatis in secundo instanti exercuerunt:

Adde ex Scriptura Illud, impossibile est sine fide placere Deo, *& illud,* oportet accedentem ad Deum credere, *quæ à Patribus tam de Angelis, quam de hominibus explicantur.*

Ratio resolutionis est, quod necessaria fuerit viatoribus Angelis cognitio supernaturalis in primo instanti alioquin bene non potuis-

Text. 6.

Ex ferm. 17. in Cant.

Putas ne Lucifer ille, qui mane oriebatur, ſed præpropere eleuabatur antequam verteretur in tenebras generi noſtro inuideri.

tuiſſent operari, ſed nulla alia cognitio ſupernaturalis poterat illis cõferri prẹter fidẽ, ergo, maior per ſe patet. minor prob. quia triplex tantum lumen poteſt dirigere viatores, videlicet naturæ, ſcientiæ infuſæ, & fidei. Primum non poteſt pertingere ad ſupernaturalia, ſed potius præcipitat à ſupernaturalibus, vnde de illo bene dicit Melliſl. ſer. 5. in Iſaia. Suſtulit eum naturæ viuacitas, ſed in ſuam plane perniciem quippe quem defectus gratiæ mox deiecit. *Secundum non admittitur conceſſum niſi Chriſto, & eius ſanctiſſimæ Matri: Remanet igitur fides, quæ viatores ad ſperandum, & amandum Deum infallibili certitudine; licet cum obſcuritate perducit.*

Quæres quorumnam myſteriorum habuerint fidem in primo inſtanti, Reſp. habuiſſe fidem de myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis, cuius explicitam cognitionem habuerunt, vt docet D. Thomas 2. p. q. 57. & de fide q. 4. ar. 4. talis enim cognitio erat neceſſaria ad hoc vt perfectos amoris actus eliceret; myſterium vero Incarnationis docuimus alibi ex Melliſl. cognouiſſe quoad ſubſtantiam, non autem quoad circumſtantias, iuxta illud ad hebreos 1. & cum iterum introduxiſſet primogenitũ in orbẽ terrarum dixit, & adorent eum omnes Angeli eius; ita noſter Petrus a S. Ioſeph de Angel. cap.

4.

Doctr. Mellifl. pro Art. 8.
Text. 1.

Ex cap.4. lib.5. de Consid.

Et primo quidem ciues ſpiritus eſſe illic, potentes, glorioſos, beatos, diſtinctos in perſonas, diſpoſitos in dignitates, ab initio ſtantes in ordine ſuo, perfectos in genere ſuo, corpore æthereos, immortalitate perpetuos, impaſſibiles, nō creatos, ſed factos, id eſt gratia, non natura, mente puros, affectu benignos, religione pios, caſtimonia integros, vnanimitate indiuiduos, pace ſecuros, à Deo conditos, diuinis laudibus, & obſequijs deditos.

Text. 2.

Ex ſerm.12.in Pſalm.9.num.1.

Primum quod nobis pręſtitit nos ipſi ſumus ſiquidē ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Parumne tibi videtur, quia te fecit? cogita qualē te fecit. Nempe etiam ſecundum corpus egregiam

4. reſolut. 7. poſt Suarem, Auerſam, Molinam, & alios.

ART. VIII.

Quid de moralibus ſentiendum.

Virtutes morales poſſunt dupliciter conſiderari, vel in ſtatu puræ naturæ, vel in ſtatu infuſionis, & ſupernaturalitatis. Dicuntur autem virtutes puræ naturæ ſiue naturales illæ, quarum obiectum eſt honeſtas, prout cognoſcibilis lumine naturæ. Earum munus eſt facilitare operationem circa ea, quæ ſunt conuenientia Angelo, quatenus Angelus naturali ratione vtitur. Sit igitur pro his.

RESOLVTIO I.

Angelis in primo inſtanti datæ ſunt omnes virtutes naturales, quas natura perfectio poſtulabat.

Probatur ex perfectione in qua conditos fuiſſe docet Mellifluus in textu primo, in quo perfectiones naturales deſcribuntur, & confirmantur, ex eo quod docet frequenter, ſcilicet Angelos natura longe perfectiores fuiſſe creatos, quam homines, conſtat autem ex text.2. homines fuiſſe creatos cum virtutibus moralibus naturalibus ergo multo magis Angelos iiſdem or-

creaturam, secundum animam magis, vtpote ad imaginem Creatoris insignem, rationis participem, capacē beatitudinis sempiternæ. Porro secundū ambo simul præ cœteris creaturis maxime admirandam, cohærentē sibi incomprehensibili artificio, inuestigabili sapientia conditoris. Itaque tam magnum hoc donum, quam magna res homo.

Vide textum ex serm.1. Annunciationis. paulò ante allatum.

Text. 3.

Ex ser.2. in Isaiam.

Bene ergo propheta cum dixisset, vidisse se Dominū super solium excelsum, & eleuatum, ne forte, aut excelsum intelligeres de eo dictum qui ait. Ascendam super altitudinem nubium; aut eleuatū referres ad eos *ornatos fuisse potest inferri.*

Confirmat Cyrillus lib. 6. in Ioan. Habuit Angelus priusquā caderet bonitatis rectitudinem in qua creatus est. *Idem canunt Anselm. dialogo de casu diaboli cap. 6. August. lib. 1. de Genesi ad lit. c. 3.* Si lux spiritualis fuit (Angelus) potest esse prima creatura, iā hoc dicto perfecta, quæ primo Cœlum appellata est.

Tertio. *Virtutes istę dantur vt facilius intellectus, & voluntas, cęteręque facultates operentur, quarum opus habuit Angelus, ergo.*

Denique naturalem hanc Angelorum perfectionem exprimit Mellifl. in textu supra iam affixo ex serm. 5. in Isaiam vbi ait: Superbus ille Lucifer lucem præferens non ignem habens, alteri tantum innixus alæ (*nempe naturæ donis) casum facere potuit non volatum: sustulit illum naturæ viuacitas, &c.*

RESOLVT. II.

Virtutes omnes morales per se infusæ, fuerunt datæ Angelis in primo instanti; præsertim humilitas. Probatur primo, prima pars, quia Gratia in Angelis fuit cum suis omnibus ornamentis, quorum vnum est virtutum omnium infusarum Chorus, quæ præterea necessæ erāt Angelis, vt per eos habitus connaturaliter virtutum illarum

homines, qui in superbiam eriguntur: addit: Et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum: vt manifeste intelligas, non eam altitudinem cõmendari, quæ extollitur aduersus eum, sed eos in templo siue in solio fore, qui sub eo sunt, alios quidem excelsos stabilitate solida, alios ex imo leuatos miseratione diuina. Ac ne fortè obijcias ditioni eius vniuersa subesse, nec quicquam determinationis habere quod ait. Quæ sub ipso erant, vt solã quæ voluntaria est, & ex feruore charitatis procedit, approbaret & commendaret Dei subiectionem addidit, & de Seraphim, de quibus & nos loco suo dicemus, quòd ab eo fuerit datum. Et ea, inquit, quæ sub ipso erant, replebant templum.

Text. 4.

Ex cap. 30. lib. de conuersione ad Clericos.

Parcite obsecro fratres, parcite animabus vestris, parcite sanguini, qui pro vobis *larum actus elicerent.*

Confirm. Nam quilibet Angelus debuit esse perfecte ordinatus ad Deum, ad Angelos, & ad seipsum. Ad Deum, ordinabatur per amorem, per humilitatem, & per obedientiam. Ad Angelos per misericordiam, patientiam, & iustitiam. Ad seipsos per humilitatẽ, temperantiam, & prudentiam, igitur il[illegible]*as omnes virtutes habuerũt in primo instãti; idque indicat manifeste Mellifluus cap. 5. in Isaiam cum dicit:* In Angelis iustitia pura, recta, & firma, sublimis quidem, sed adhuc longè inferior, quam Diuina.

Confirmatur eadem resolutio, & eius secunda pars simul probatur per textum appositum in quo Angeli dicuntur humilitatẽ exercuisse non qualemcunque, sed eam, quæ à charitate imperatur, quod est dicere infusam.

Nam & harum resolutionum vadem se præbuit vltroneum Gregorius, qui lib. 32. moralium cap. 18. ex illo Ezech. 28. infert plura, & præstantiora dona collata fuisse Lucifero, quam homini. Quid, *inquit,* non habuit, qui signaculũ similitudinis Dei fuit? *Idem Dionys. 7. de cœl. hierarch.*

Dixi in resolutione, Angelos habuisse in primo instãti illas omnes virtutes, quas natura, & status ille patitur, propter pœnitentiã quæ cum consistat in detestatione proprij peccati, videtur in Angelis

effusus est. Horrendum cauete periculum, ignem qui paratus est declinate. Inueniatur tandem non irrisoria perfectionis professio, exhibeatur etiam filius in specie pietatis, non sit inanis cœlibis vitæ forma, & vacua veritatis. Quidni periclitetur castitas in delicijs, humilitas in diuitijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, charitas in hoc sæculo nequam.

Text. 5.

Ex serm. 3. de quinque diebus processionis refectionis, &c.

Vt enim temperantiæ est præconia populi, & sæculi huius prospera declinare; sic iustitię est interdum certa quidem dispēsatione admittere ea.

lis non fuisse necessaria cum nondum vllum peccatum commisissent. Huic obiectioni diuersimode respondent authores, ego vero hac sum contentus solutione, cuius Mellifluus meminit in text. 4. quod Angelus habuerit in primo instanti simplicem detestationem, & odium peccati, quod est actus pænitentiæ: & in hoc sensu crederem fuisse loquutos Suarium in 3. par. disput. 19. sect. 1. Ariagam ibidem disput. 33. cum dicunt habitum pænitentiæ fuisse in Christo secundum rem, non autem secundum denominationem.

Potuerunt etiam Angeli elicere hunc actum, quod si possem peccare, peccatum detestarer, propter quam suppositionem in Adamo, fuisse pænitentiam dicit Madernus tract. 1. de Incarnat. quæst. 5. ar. 6. est enim eadem ratio de Angelo, & Adamo, cum vterque esset defectibilis.

Dices, Ioan. à S. Thoma, negat fuisse in Angelis temperantiam, & virtutes illas, quæ circa corporales passiones versantur, sed Mellifluus docet dari temperantiam in substantijs spiritualibus 5. text.

Dices D. Thom. 1. 2. quæst. 50. art. 6. in corp. negare videtur habitus naturales in Angelis, & tātum concedere supernaturales. Deinde cum Angeli operentur ex habitibus supernaturalibus videtur naturales superfluere, quia habitus sunt ad operationē ordinati.

Resp. ad primum D. Thom. non negare absolute habitus naturales in Angelis, sed tantum in ordine ad præcepta generalia iuris naturalis, in quibus Angelus non potest declinare, & deficere cæterum in illa materia morali, in qua includitur specialis ordo ad Deum, non negat necessarios esse habitus in Angelis. Probatur, quia cum intellectus Angelicus sit capax habitus erroris, scilicet imprudentiæ, & voluntas similiter habitus vitiosi, nempe obstinationis, necesse habet bonis habitibus dirigētibus facultates in ordine ad Deum; nō autem in ordine ad generalia præcepta moralia, ad quæ sufficit Angelo naturale lumen.

Ad 2. Nego conseq. absurdum enim esset negare Angelis omnes actus naturales, itaut solos actus supernaturales elicuerint. Nam & ipse D. Thom. asserit Angelum primo actu dilexisse Deum, vt finem naturalem. Vnde addendum reor, potuisse Angelum ex motiuo charitatis imperare virtutibus moralibus, easque in finem naturalē dirigere, cū actus subordinati in eodem instanti se cōpatiantur.

Doctr. Mellifl. pro Art. 9. Text. 1.

Ex cap. 4. lib. 5. de Consider.

Et primo quidem ciues illic esse mente puros, affectu benignos, religione, pios.

ART. IX.

Vtrum in Angelis fuerint Pietas, & Religio in primo instanti.

Doctrinam Mellifluî quæstione

Text. 2.

Ex cap.13. de interiori Domo.

Præcipuum & principale ſpecuſũ ad videndum Deũ; eſt animus rationalis inueniens ſeipſum. Si enim inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta cõſpiciũtur; vbi quæſo, quã in eius imagine cognitionis veſtigiã expreſſius impreſſa reperiũtur? Tergat ergo ſpeculum ſuum; mundet ſpiritum ſuũ quiſquis ſitit videre Deum ſuum. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum, videbunt.

Ibid. cap.14.

Exterſo igitur ſpeculo, & diu diligenter inſpecto; incipit ei quædam diuini lu-

nt præcedenti explicatam, & Dei cultum primarium, atque præcipuum pietati tribuentem Iuſtus Lypſius egregio ſtylo confirmauit cap. 2. lib. 1. polyticorum, ſiue ciuilis doctrinæ hæc ſcribens. Pietas eſt rectus de Deo ſenſus, rectus in Deum cultus. Duobus enim his pietas conſtat, ſine altero mutila, & manca. Noſſe ante omnia ſummum illud Numen (quatenus homini datum eſt) oportet, & cognitum piè, puréque venerari. *Cuius doctrinam approbans Bonauent. in proemio ad diſput. 9. in 3.* Cultus Dei *(inquit)* Pietas eſt fidei, *vnde dicit Tullius*, pietas conſiſtit in cultu Deorum. *& paulo poſt aſſerens Hugonis ſententiam addit, definitionem iſtam pietatis. Pietas eſt ex benignæ mentis dulcedine grata omnibus affectio auxiliatrix infuſa, diuinique cultus deuotio religioſa. Triplicem illam iſti doctores agnoſcunt, innatam, videlicet acquiſitam, & infuſam. Inueſtigandum eſt modo, vtrum omnes iſtæ ſpecies & habitus in primo inſtanti in Angelis extiterint, vt ex illis, quos actus elicuerint cum aliqua certitudine concludamus. Sit igitur.*

RESOLVTIO I.

Probabile eſt Angelos, aliquos habitus acquiſiuiſſe in primo inſtanti. Ratio eſt quia poſſunt illos ac-

minis claritas interlucere, & immensus quidam insolitæ visionis radius oculis cordis apparere. Ex huius luminis visione animus inflammatus, incipit munda cordis acie superna, & interna conspicere: Deum diligere; Deo inhærere; cuncta quæ adsunt, tanqam non sint considerat; cunctis suis affectionibus renunciat; & totus soli incumbit amori, sciens solum illum esse beatum, qui Deum amat. Porrò ad tantam gratiam nunquā pertingit mens per propriam industriam, Dei donum est hoc, non hominis meritum.

acquirere vnico actu, vt docent Thomistæ apud Ioan. a S.Thoma.

RESOLVTIO II.

Pietas, & Religio innatæ sunt, & insitæ à natura Angelis omnibus.

Prob. ex primo textu, in quo dicuntur pij religione, *hæc autem denominatio competit illis ante peccatum, ergo omnibus, ergo fuit ingenita, & connaturalis.*

Confirm. quia Angeli *in primo instanti naturaliter cognouerunt Deum, ergo cognouerunt Deum esse adorandum.* Antecedens *omnino est certa ex tract. de* Angel. *vbi dicitur. Vnumquemque* Angelum *nō modo ex alijs creaturis, sed ex se ipso quoque, & ex contemplatione propriæ essentiæ naturaliter cognouisse Deum, vt authorem naturæ, consequentiam probat Suar. lib.* 1. *de cultu diuino cap.* 1. *vbi eadem stultitia dicit, reos esse illos qui negant dari Deum, & eos qui cognoscentes, & admittentes Deum, negant esse colendum. ex epist. ad Rom. suam sententiam confirmans.*

RESOLVTIO III.

Pietas, & Religio fuerunt infusæ Angelis *simul cum* gratia *in primo instanti. prob. ex apposit.*

Secundo ex antecedētibus nam omnes virtutes morales fuerunt in-

infusæ Angelis, ergo multo magis pietas, & religio, quæ sunt præcipue inter morales.

Tertio, non minus debuerat Angelus cognoscere Deum authorem gratiæ, quam authorem naturæ, cum ergo infusæ fuerint illis species ad cognoscendum, & adorandum Deum primo modo, debuerunt etiam infundi, vt cognoscerent, & adorarent secundo modo.

Istæ duæ conclusiones colligi possunt ex textu 2. apposito, quia si anima videt Deum in se ipsa, quia est imago Dei, quanto magis Angelus qui est imago Dei perfectior? quod igitur lumen infusum, & extersio facit in anima, idem habitus infusi in Angelis sũt operati.

Doctr. Mellifl. pro Art. 10. *Text.* 1.

Ex serm. de Aqua ductu.

Est in Angelis charitas, est pietas, est humilitas, &c.

ART. X.

Vtrum Angeli exercuerint actus pietatis, & Religionis in primo instãti.

Pietas, & Religio cum habeant communem inter se cultum Dei, vt docet Harphius in sua Theologia mystica lib. 1. cap. 85. sit inde, vt etiam actus communes habeãt, nempe quosdam internos, qui sunt deuotio, & oratio; & quosdam externos, qui sunt adoratio, & sacrificium. De his inuestigandum est an fuerint in Angelis in 1. instãti.

Ita-

Text. 2.

Ex homil. 3. in Lucam.

Solent Angeli adſtare orantibus, & delectari in his quos vident leuare puras manus in oratione, holocauſtũ ſanctæ deuotionis gaudent ſe offerre Deo in odorem ſuauitatis.

Text. 3.

Ex ſerm. 11. in Cant.

Amen dico vobis videbitis Angelos aſcendentes, & deſcegdentes ſuper filium hominis, &c.

Text. 4.

Ex ſerm. 7. in Cant.

Nam quod pſallentibus quoque dignanter admiſceri Sancti Angeli ſoleãt, quid eo manifeſtius, quod pſalmiſta ait, præuenerunt principes cõiuncti pſallentibus?

Itaque inherendo doctrinæ Sãcti Auguſtini, quam explicat cap. 13. lib. 11. de Ciuit. quam Theologorum nomine magnificat Roſſelius in ſuo Pymandro lib. 2. qu. 6 cap. 3. & docet omnes Angelos æqualis fœlicitatis ab initio fuiſſe creatos, ſicque manſiſſe quouſque iniqui ab æternæ veritatis lumine deſciuerunt. Argumentum habemus demonſtratiuum ex Melliflui ſcriptis colligendi ſequentes concluſiones quarum ſit.

RESOLVT. I.

Angeli elicuerunt actus internos pietatis in primo inſtanti. Argumentum deſumitur ex præmiſſis ſecundum quæ, Angeli boni perſeuerarunt per ſecundam, & tertiã inſtantiam in exercitijs, in quibus fuerunt occupati primo inſtanti, ſed ex ſecundo, & tertio inſtanti habetur, quod imperant, & eliciũt actus deuotionis, & orationis, ergo in 1. tales etiã actus elicuerũt, & imperarunt. Maior eſt Auguſt. qui nullam mutationem admittit in bonis Angelis, ſed dumtaxat in malis. Min. ſufficienter explicatur in Textibus.

Nam deuotio ex D. Thom. qu. 82. art. 2. importat promptam voluntatem ad exequenda ea, quæ pertinent ad diuinum cultum, & famulatum, at quid magis alicuius deuotionem poteſt commendare quam quod dicitur in ſecundo tex.

Ora-

Oratio, reueren tiam Deo exhibet in quantum per eam orans Deo se subijcit, & profitetur orando se Deo indigere sicut fonte bonorum suorum; docet & hoc text. tertius cum dicit: Ascensus propter se (*& confirmat text.4. cum addit*) laudem ergo cum cœli cantoribus in commune dicentes; *psallite.*

Text. 5.

Ex serm.5. in Isaiam.

Quærendum tamen prius quibus alis volare dicantur, quia duabus, inquit, volabant. Nec incongrue forsitan duas istas naturę, & gratiæ dicemus: præsertim cū prius quoque in his ipsis etiam solij celsitudo, & eleuatio à nobis fuerit assignata. Viuaci siquidem per naturam intellectu, & feruenti nihilominus affectu per gratiam in eum, qui supra ipsos est extenti iugiter, & intenti, stare quidem vt diximus per ministerium, sed & volare per studium perhibentur. Licet enim velēt caput Domini, velent etiam pedes, sed sibi ista non velant, magis autem sedulo volant, & volitant inter ista: & alta potentiæ eius, & profunda sapientię vestigantes.

RESOLVT. II.

Angeli in primo instanti omnes adorauerunt Deum; est manifesta in apposito 4.

Notandum tamen est ex Valēt. tom.3. qu.3. de adoratione par.1. nomen adorationis aliquando sumi generaliter pro omni veneratione, quæ alteri exhibeatur propter aliquam dignitatis præstantiam, siue is sit Deus, siue Angelus, siue homo, hinc August. obseruauit q.61. in Genes. in Deuteron. cap. 6. non fuisse dictū Dominum Deum tuū solum adorabis quoniam, adoratio Deo, Angelis, & hominibus communis est, sed dictum esse, & illi soli seruies, vt adoratio proprie sumpta ab honore, & veneratione distinguatur: honor siquidem & veneratio locum habent inter æquales, imo inter Superiores respectu inferiorum, iuxta illud; Nimis honorati sunt amici tui Deus: *Adoratio vero propriè sūpta est honor, qui Superiori exhibetur quatenus superior est.*

Text. 6.

Ex serm. 5. in Isaiam.

Quibus tamen putamus alis hoc caput Seraphim velant, vt nulla suæ subtilitate naturæ, nulla rationis perspicacitate nequam oculus in illius queat irrumpere veri luminis claritatem? Duabus, ni fallor, alis suæ videlicet ipsorum gloriæ, & fœlicitatis. Ineffabiliter siquidem delectantur in admiratione contemplationis illius, nec minus gloriantur in ipsius veneratione. Iniquus ille admirationẽ quidem, sed non venerationem habens, quia subdi noluit per venerationem, figi non valuit per admirationem. Denique admirationem ipsam in æmulationem conuertit, nec venerari dignatus, sed conatus est imitari. Quã melius Seraphim sua ipsa admiratione fœlices, veneratione etiam venerabiles fiunt, veram in ipso habentes gloriam cui seruire regnare est, & apud quẽ omnis, qui se humiliat exaltatur?

Quo nimirum adorans suam protestatur subiectionem erga superiorem, exhibendo illi aliquam eius notam, quæ non potest esse aliud, quam humiliatio quædam, & vilificatio ipsius personæ adorantis, protestantis se inferiorem, subiectam, & submissam personæ adoratæ. sic personæ adoratæ innotescit, & extollitur excellentia, dum adorans se deprimit, & illius inferiorem se manifestat: hinc illæ tam variæ diffinitiones in idem coincidentes. Damasc. orat. 1. de imaginibus. Adoratio est nota submissionis, *hinc eiusdem illa altera oratione* 3. Adoratio est significatio animi cedentis, & submissi: *hinc illa alia* Arriagæ *tom. 6. disp. 54. sect. 1. Adoratio est cultus quidam quo alienam excellentiam protestamur eique quodam modo subijcimur.*

Hos vtrosque affectus fuisse in Angelis *exprimit manifestè Mellifl. in appositis in primo quidem cum dicit* Angelos stare per ministerium, sed & volare per studium. *Siquidem ministerium subiectionem, inferioritatem, & vilificationem ministrantis denotat; studium vero excellentiam adorati.*

In secundo vero idem sed apertius docet, coniunctos asserens in Angelis *admirationis & venerationis affectus:* Delectantur in admiratione contemplationis illius, & non minus gloriantur in

illius

illius veneratione. *Admirationem actum esse aptissimum ad hãc animi submissionem significandam docet Suares lib. 1. de diuino cultu cap. 1. addens esse actum voluntatis, & suauissimæ complacentiæ, quo quis veluti in stuporem rapitur contemplans summam excellentiam Dei super omnia dilecti, vel est genus quoddam reuerentialis timoris, quo aliquis reformidat ad Deum accedere, aut maiestatem eius contemplari; prout significabant Seraphim velantes capita, & pedes suos. Isai.6.* Significabant enim (*ait Dionysius cap. 13. de Cœlesti hierarch.*) Sacram illam, ac plenam horroris venerationem, qua sancti celsiorem mysteriorum indaginem perhorrescunt. *Quod explicat eodem sensu Mellifl. licet diuersis verbis in primo apposito cum ait.* Licet enim velent caput Domini, velent etiam pedes, sed sibi ista non velant, magis autem sedulo volant, & volitant inter ista, & alta potentiæ eius, & profunda sapientiæ vestigantes, &c.

Hinc habes humilitatem, & religionem opposito motu progredi quamuis valde affines.

*Siquidem religio primario Dei excellentiam respicit, & ab ea ad creaturæ vilitatem progreditur, quatenus colligitur ex omnimoda descendentia à supremo illo principio. **Humilitas vero, primario***

suam vilitatem agnoscit, & secundario, siue implicitè excellentiam eius cui se subijcit manifestat.

Sed dices, Adoratio *ex supradictis numeratur inter actus externos pietatis, & religionis, Angeli autem, non habent actus externos cum sint spirituales. Resp. Adorationem dici actum externum quia manifestat internum affectum animi latentem, verum per actus admirationis, & venerationis sufficienter manifestatur Deo, & Angelis animus adorantis. ergo hoc sufficit ad verificandum definitiones, quæ dicunt adorationem esse notam animi demissi.*

Doctr. Mellifl. pro Art. 11. *Text.* 1.

Ex serm. de S. Ioan. Baptist. paulò post medium.

Porrò illud quale est, quod in isto Baptismata terminatur lex, finem accipit Prophetia, & omnis illa sacrificiorum multitudo pro pulsatur, & pellitur? Hic incipit, & stabilitur nouæ regenerationis purgatio perduranda, & in vnam baptismatis formam legalium transeunt dispendia figurarum. Ad ablutionem enim aquæ,

ART. XI.

Vtrum Angeli obtulerint sacrificium Deo in primo instanti.

Sacrificiorũ sãctissimos ritus quos à natura, Deoq; ad mortaliũ solamen, & superorum delicias institutos ipsemet Heraclitus agnouerat, quærunt demirantes Ascetici quomodo nauseam superis pepererint, & quam ob causam Deo, qui prius illos diligebat abominabiles vsque adeo facti fuerint, vt illum ad hos respuendos indignabundum induxerint; Isaia 1. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus, plenus sum,

& innouationē spiritus, sepelitur hircorum, & vitulorum sanguinolenta congeries, & peccatoribus id Iudæis relinquimus, illud Dauidicum attendentes: Holocaustum, & pro peccato non postulasti.

Text. 2.

Ex Sentent.

Tria sunt Sacrificia. Pia contritio habens butyrum sum, holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui, &c. *Existimant aliqui ideo exosa Deo fuisse Iudæorum sacrificia, quod illa falsis Dijs tribuerint; alij quod illa per incuriam, & prauas intentiones profanauerint; alij quod illa cōtaminauerint indebitam materiam assumentes. Vidit veram rationem Porphyrius quātumuis extraneus; hæc scribens apud Rodiginū lib. 6. lectionum antiq. cap.* 45. Apud cœlestem, diuinamque naturam eximia oblatio est mens pura, & à perturbationibus sciunctus animus, *& ex hac ad veritatem ascendens Mellifl. optimè colligit, Deum vetera sacrificia, quia figurabant sacrificium nobilius, ideo isto adueniente abiecisse, quia veritas abijcit figuram sicut vmbra lumen, cum igitur veteris legis sacrificia fuerint figura Eucharistiæ primario; secūdario verò virtutum, quas serui Dei, & amplecti, & ad praxim debebant reducere, merito illa, propter ista contempsit hinc* 1. *Reg.* 15. Melior est obedientia, quam victimæ: *hinc Psal.* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. *Simili ergo modo dici potest Charitatem, Humilitatem, Obedientiam, Misericordiā volo, & non Sacrificiū, hæc autem Angelos exhibuisse, & obtulisse Deo, textus appositi docent. In cuius confirmationem pla-*

Humilitatis, & absynthium indignationis. Digna operatio habens oleum discretionis, & acetum confusionis. Gratiarum actio habēs balsamum deuotionis, & venenum ingratitudinis.

Serm. de Magdalena.
Contribulati spiritus offert holocaustum.

Serm. 3. de Ieiunio.
Laborat aduersarius noster, vt holocaustum nostræ deuotionis pinguedine vacuetur.

placet afferre, quod Harphius in sua Theolog. Mystica lib. 1. cap. 7. describit. Vnde & Sanctis Angelis huius preciosissimi thesauri virtutem experti tanta dilectione ferebantur ad Christum, quod pro eius gloria libentissime mortē subire voluissēt si eis possibile fuisset, dicit enim de his Ioan. in Apocal. cap. 12. quod non dilexerunt animas suas vsque ad mortem, idest, sic Deum cordialiter dilexerunt, vt sibi necessarium æstimarent vitæ propriæ non parcere, præ diuinæ dilectionis feruore, si diuinæ voluntatis beneplacitum fuisset.

Scio equidem hos actus Angelorum, non esse sacrificia in rigore Theologico, quia debet victima à ministro publico immutari, attamen, quia tres assignat Sacrificiorum species in apposito, & orationes piorum Magdalenæ pœnitentiam sacrificium vocat, nescirem qua via sacrificium Angelis denegare præsertim, cum mystici Mellifluum amplectantur. Certum saltem est Angelos potuisse in primo, & secundo instanti corpus aereum, vel igneum assumere, & in eo, vel cum eo sacrificium exercere, vt docet Suares tom. 1. de Religione.

PARS

PARS TERTIA.

De ſpectantibus ad ſecundum inſtans viæ Angelorum.



Oniecturis agi, potius quam rationibus agere videor in tota hac tertia, ſecundæ quæſtionis, parte; & ideo dolendum maxime quod locuturo de Angelis, nullus Angelus affulgeat. Vtinam vel in igne Sacræ Scripturæ, vel in nubibus Sanctorum Patrum rectum tramitem, inter tam tortuoſas ambages oſtenderent, qui homines in ſuis vijs cuſtodiendos ſuſceperunt. Ambulauimus hactenus inter ea, quæ legendo reperiuntur, & fide tenentur, vt dicit Mellifluus cap. 4. lib. 5. de Conſideratione inter opinabilia pauliſper oportet vagari, vt exerceamur, ad intermiſſa iterum reuerſuri poſt pauca.

Doctr. Melliſl. pro Art. 1. Text. 1.

Ex ſerm. 2. in Iſaiam.

Semel turbauit ſuperbia regnum illud, concuſſit muros, etiam proſtrauit ex parte, & parte non modica. Quid ergo? Facile ne deinceps admittenda videtur? Nunquid non odit ciuitas

ART. I.

An prælium Michaelis cū Lucifero ſit ſufficiens fundamentum ponendi ſecundum inſtans.

Negatiua pars, deducitur ex text. 12. Apoc. vbi dicitur factū eſt prælium in Cœlo, ſed Angeli viatores non fuerunt in Cœlo, ergo de Angelis viatoribus, non intelligitur

illa, & vehementer huiuſmodi peſtem abominatur? Certi eſtote fratres, eum qui ſuperbis non pepercit Angelis, nec Hominibus parciturum. Non eſt contrarius ſibi ipſi, non eſt perſonarum acceptor, ſimilia ſunt iudicia eius. Sola ei placet humilitas, ſiuè in Angelo, ſiuè in Homine: & qui ſedet in throno, ſolos eligit ſubditos è quibus repleat templum. Scriptum quippe eſt: Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in Cœlo, & in Terra? Vide autem ne forte Michaelis verbum ſit, ſuperbo illi dicenti: Similis ero altiſſimo in faciem reſiſtentis. Michael quippe interpretatum dicitur, quis vt Deus?

Text. 2.

Serm. de Ligno, Fæno, & Stipula, num. 1.

Angelus in Cœlo ſub diuinitatis præſentia cecidit.

tur illud prælium, ergo non facit ad rem.

Secundo prælium hoc litteraliter, intelligitur de illo, quod Antichriſtus inferet Eccleſiæ extremo mundi tempore, quando Michael cum ſuis, Eccleſiæ partes tanquam proprius illius Princeps ſuſtinebit, & Antichriſtum ſubiugabit, vt exponunt Anſelm. laudun. comment. in Apocalyp. Beda, Haymeric. & Gregor. homil. 24. in Euangel.

RESOLVTIO.

Eſt affirmat. illique fauet Viega in Apocal. cap. 12. hæc ſcribẽs: Hoc prælium communiter ſcholaſtici accipiunt de illo, quod inter Luciferum, & Michaelem, & vtriuſque Sectatores, per intellectũ & voluntatem geſtum eſt in Cælo Empyreo, vt tradit Mag. in 2. d.6. & D. Thom. 1. part. quæſt. 63. art.6. & cum iſtis Melliſl. ſer. 14 in Pſalm. 90. & ſerm. 2. in Iſaiam: Hoc ſolo à Viega differentes, quod ille per intellectum, & voluntatem: iſti, vere, & realiter præli um contigiſſe ſuſtineant.

Vndè ad primum dico Melliſluum quidem in ea fuiſſe ſententia, quod Angelus creatus fuerit in Cælo, & forte Empyreo, quæ fuit multorum Patrum ſentent. Hieronym. lib 6. commen. in Geneſ. conditum fuiſſe in Firmamẽto credidit, & ex illo in Empyreum

Ex serm. 29. in Cant.

Quosdam altius intellexi sentire istud, quasi de Diabolo, & Angelis eius dictũ, qui cum fuerint, & ipsi filij hierusalem, illius quæ sursum est mater nostra; ex quo lapsi sunt non cessant sororem suam Ecclesiam impugnare.

Doctr. Mellift. pro Art. 2. Text. 1.

Ex serm. 2. in Isaiam.

Sola ei placet humilitas, siuè in Angelo, siuè in Homine, & qui sedet in throno solos eligit subditos è quibus repleat templum scriptum quippe est, quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia

reum voluisse conscendere, vt cõciliet duo illa Luciferum fuisse in Cœlo, & dixisse in Cœlum conscendam. Alij tamen in Empyreo creatos crediderunt Iunilius, in Hexameron. Strabus in illud in principio creauit. Hugo in Summa Sentent. tract. 2. cap. 1. Magister in 2. d. 2. Cuius hæc sunt verba: Ex his liquet, quod in Empyreo omnes Angeli fuerint ante quorundam ruinam. Et cum illis obijcitur illud in Cœlum conscendam, cum nullum detur Cœlum Empyreo superius. Respon. Hugo ibi vocat Cœlum sublimitatem Diuinitatis. Ascendam in Cœlum, idest ad æqualitatem Diuinitatis.

Ad secundum dico, expositionem illam Patrum citatorum esse mysticam, sicut sunt aliæ, quas tradunt Hugo Cardinalis, Rabanus, & alij.

ART. II.

Vtrum ex hac historia colligi possit necessaria fuisse plura instantia Angelis viatoribus.

Pro negatiua facit prolixus discursus Reuerendiss. Caramuelis in Prodromo Logicæ Moralis, titulo Controuersia de iure naturali Angelorum art. 3. num. 521. vbi

 ha-

respicit in Cœlo, & in Terra. Vide autem ne forte Michaelis verbum sit superbo illi dicenti; Similis ero Altissimo, in faciem resistẽtis. Michael quippe interpretatum dicitur, quis vt Deus.

Ex serm. 15. supra Psalm. 90.
Audisti super aspidem, & basiliscum, leonem pariter, & draconem tibi ambulandum fore, nec super dracone ipso victoriam Michaelis & Angelorum eius ignoras?

habet. Sed quanto tempore fuerint in via. Iuniores ad instantia recurrunt, & totam viam claudunt vno, duobus, aut tribus instantibus. D. Thom. in secundo reperit distinctionem. At hanc non docet tanquam certam. Nam 1. par. quæst. 63. art. 6. ait probabilior, & Sanctorum dictis est magis consonans opinio, quod statim post primum instans suæ creationis Diabolus peccauerit. Veteres cõcedere videntur secula: vide locum in tomo, cui titulus est Pandoxion Physico-ethicũ ex eo enim cõstat ex nullo certo principio posse deduci, per quot instantia Angeli fuerint viatores.

Sed cõtra, ex suppositione, quod instantia Angelica consurgant ex actibus incompossibilibus, & quod Angeli peccauerint, sic discurro.

Concedendum est instans vnum in quo omnes Angeli creati in Gratia benè operati sint ex principio gratiæ, & ex naturali lumine. In hoc instanti peccare non potuerunt vt suppono. Ergo concedendum est secundum, in quo peccauerint. Peccatum autem debuit præcedere pœnam, ergo debetur illis tertium instans, in quo pœna fuerit illis inflicta.

Idem discursus militat pro bonis. Nam primum instans commune, & idem fuit omnibus. Sed peccantibus malis, & peccatum suadentibus, boni virilius agere debuerunt, & malis resistere. En se-

secundum instans. Tandem probatę illorum virtuti per prelium, debuit illis deferri præmium. En tertium instans. Sed in hoc discursu multa probanda remanent sit ergo.

Doctr. Mellifl. pro Art. 3. Text. 1.

Ex serm. 68. in Cant.

Omne opus eorum laudare Deum.

Ex serm. 7. in Cant.

Vsurpemus officiũ quorum sortimur consortium, vt in ore infantium, & lactentium perficiatur laus. Dicamus eis Psallite Deo nostro psallite. Audiamus eos vicissim respondentes. Psallite Regi nostro psallite. Laudem ergo dicamus cum Cœli cantoribus in commune.

ART. III. Vtrum Angeli in primo instanti peccare potuerint.

Potuisse de potentia absoluta cõcedunt apud Salmant. 1. par. disput. 11. dub. vnico. Scot. Basolis, Marsilius, Palatio, & ex recentioribus, Molina, Valent. & Vasquez.

RESOLVTIO.

Angeli non potuerunt peccare in primo instanti, deducitur ex principijs Mellifl. eaque sequuntur Capreol. Heruæus, Caietan. Nazar. Zumel. D. Thomas 1. par. qu. 63. art. 5. Confirmaturque à Concil. Bracharensi, & Lateran. relat. cap. firmiter de Trinit.

Prob. autem ex Mellifl. primò sic. Angeli debuerunt *saltem per aliquod instans exercere munus illud, propter quod à Deo fuerunt creati: munus autem illud, & finis fuit, vt laudarent Creatorem, & ideò dicitur Iob cap. 38.* Vbi eras cum me laudarẽt astra matuti-

Text. 2.

Ex cap. 8. de Passione Domini.
Peccando amittitur Deus optim. acquiritur pœna gehennalis.

Serm. de cute carne, & ossibus.
Sicut enim peccati cogitatio decolorat, affectio vulnerat: sic consensus omnino Animam enecat. Caueamus ergo cogitationes inutiles, vt Animarum nostrarum facies decora permaneat.

Ex cap. 3. lib. 5. de Consid.
Porro spiritus est Deus sunt, & Angeli Sancti. & hi supra te. Sed Deus per naturam, Angelus per gratiã.

tutina. *Sed non potuerunt eodem instanti laudare Deum, & peccare. Ergo in primo instanti, Angeli peccare non potuerunt. Maior videtur lumine naturæ certissima. Nam si in primo instanti peccassent non posset sciri, propter quem finem illos Creator cõdidisset, dici potius posset fuisse creatos ad peccandum, quam ad aliud quoduis munus, quod esset impiũ.*

Confirmat. Nam quo aliquis effectus proximior est suæ causæ eo etiam perfectius participat prærogatiuas, & dotes illius, sed Angeli sunt proximiores Deo quacumque alia creatura; ergo perfectius etiam debuerunt participare dotes & prærogatiuas Dei. Sed prærogatiua, & dos Dei præcipua est impeccabilitas, ergo debuerunt per aliquod instans de illius impeccabilitate participare. Maior est certa in naturalibus nam aquæ, quæ à fonte defluunt, ideo sunt perfectiores, quo sunt ipsi fonti proximiores. Min. prob. 1. quia Angeli sunt proximiores similitudine, iuxta textum. Secundo, sunt proximiores causalitate, & emanatione, siquidem sunt à Deo creati toti, & immediate. Homo solum mediate præfuit enim materia ex qua facti fuerunt; quæ igitur absurditas ista est, quam infert opinio contraria, Homo qui magis distat à suo Creatore, perseuerauit per multum temporis in innocentia, vt Creatoris innocen-

tiam

Text. 3.

Ex serm. S. Benedicti, post paulò medium.

Nam & iuxta radicum quantitatem rami prodire noscuntur, & quot radicibus arbor innitur tot ramis sicut aiunt decoratur.

Ex Serm. 58. in Cant.

Nam sicut sunt, & bonæ, & malæ arbores ferentes, quæque fructus pro sui dissimilitudine differentes, bonæ videlicet bonos, & malæ malos; ita & arbitror nubes, & bonas quæ bonos, & malas, quæ malos pluant imbres.

tiam repræsentaret: Angelus autem statim, ac fuit extra causam peccauit? deinde nunquam verum fuisset dicere de Angelo peccante in primo instanti fuisse ad imaginem Dei, cum ex Mellifiui sententia peccatum caracteres Dei deleat, & obliteret, superaddendo caracteres, & colores Diuinæ innocentiæ contrarios, maneat ergo Angelos in primo instanti peccare non potuisse.

Hoc argumentum attingit, & tangit Mellifluus in tertio apposito textu. Nimirum quod sicut ex malo fructu, malã arguimus causam, ita ex peccato, vel virtute, quæ creatura producit in primo instanti, causæ malitiam, vel bonitatem liceat argumentari.

Itaque ex his omnibus confirmatur ratio, quam afferunt nostræ resolutionis assertores, quæ est huiusmodi: Illa operatio, quæ simul incipit cum esse rei, est ab eodem agente à quo est esse: Cum igitur Angeli fuerint à Deo, etiam prima operatio primi instantis erit à Deo, quem cum sit impossibile peccare, remanet, quod iniuria illum afficeremus, dicendo: Angelos potuisse peccare in primo instanti.

Nec argumentum hoc destruitur per rationem, quam opponit Molina, videlicet rationem nostrã non urgere in operationibus liberis quales sunt peccaminosæ. Sed in naturalibus dumtaxat. Non officit inquam hæc ratio, pro cuius so-

solutione vtar subtilitate P. Gabrielis à S. Vincentio, cuius verba sunt ista. Licet operatio libera Angeli, non possit esse elicitiue ab alio, nisi ab Angelo, & potentijs elicitiuis illius, potest tamen esse ab alio applicatiuè, & indigere peculiari applicante. Si enim operationes naturales incipientes cum esse, tribuuntur authori ipsius esse, ita & liberæ. Primo, quia prima operatio incipiens cum esse, Angeli, debet esse specialiter à Deo vt ab authore naturæ Angelicæ, & principiorum quibus intelligit, ac proinde absque defectu debita considerationis. Ratio primi est, quod cum illa cognitio præcedat actum voluntatis non potest esse ab ea, tanquam ab applicante, & mouente intellectum ad exercitium, ergo applicatur à Deo. Ergo non potest esse mala; alias malitia imputaretur Deo.

Doctr. Mellifl. pro Art. 4. Text. I.

Ex serm. 46. in Cant.

Sed & pręposterus est ordo ante meritum exigere præmium, & ante laborem sumere cibum, cum dicat Apostolus, qui non laborat nō manducet, 2. ad Tessal. 3.

ART. IV.

An pręmium Angelorum potuerit etiam in executione esse prius Merito eorumdem.

Examinatur hic propter præcedens argumentum, quod supponit Angelos necessario debuisse mereri gloriã antequam illã obtinuerint, & propter quorundam sentẽtiã, qui

Serm. de S. Benedicto.
Quid ſeminaſti, vt iam metes.

Ex tract. continens octo puncta, quibus mediantibus peruenitur ad perfectionem vitæ ſpiritualis.

Sextum, vt ſis feruens in orationibus,& meditationibus ſanctis, & ab illa volũtate, qua cępiſti non tepeſcas.

Sola perſeuerantia coronabitur, ſola accipiet brauiũ Nulla ſine labore virtus, & ad magna præmia, non peruenitur, niſi per magnos labores. Regnum enim Cœlorum non deſides, &c.

qui voluerũt Angelos fuiſſe creatos in beatitudine perfecta, ideſt ſupernaturali, eamque per ſubſequentia opera, quæ exhibituri erãt hominibus meruiſſe: ſed cum hæc ſentẽtia à ſcholis iam exulauerit, & re vera Melliflui ſententia conſtet ex textu, in ea non immoror. Moneo ſolum cum Roſſelio, quod etiam homine nõ futuro, Angelus potuit ſuam beatitudinem mereri. Præterea actus intrinſecus, ſine quopiam extrinſeco poteſt eſſe meritorius. Ergo ab illo extrinſeco Hominum miniſterio pendere non potuit meritum Angelorum. Deniq; ſi hoc eſſet, poſſet Homo ſibi mereri primã gratiã ex futuro liberi arbitrij vſu, quod falſum eſt, vnde hæc Magiſtri ſẽtent. in 1. diſt. 5. Origenis Lucernam, dicitur ſapere à Petauio.

ART. V.

An aliqua mutatio facta fuerit in Angelis in via exiſtentibus.

Pars negat. probat. 1. quia diſtinctio inſtantium Angelicorũ deſumitur ex diſtinctione operationũ incompoſſibilium, ſed in bonis Angelis nulla facta eſt mutatio operũ ſed continuatio in bono, ergo nec mutatio inſtantium, & ſtatus eorumdem.

Secundo, Si gratia, quæ fuit illis

lis data in primo instanti fuit sufficiens ad eliciendum primum actũ dilectionis Dei, & aliarum virtutum, alia noua gratia fuisset inutilis ad perseuerandum. Fuit autem sufficiens in primo, ergo etiam in secundo, ergo nulla mutatio.

Tertio. D. Thom. 1.quæst.62. art.5. hæc habet, Angelus post primum actum charitatis, quo beatitudinẽ meruit, statim beatus fuit. ergo nulla fuit mutatio in via bonorum, sit tamen.

Doctr. Mellifl. pro Art. 5. Text. 1.

Ex sentent.

Ligna sunt omnes iusti. Sunt autem tres decursus aquarum. Incitamenta scripturarum. Charismata gratiarum. Stillicidia lachrymarum, quæ dum venas intentionis, atque propositi suo rore irrigant, & infundunt ne lignum moriatur perseuerantiam largiuntur.

Ex lib. de Gratia, & lib. Arbitr.

Superioribus Angelis datum est sine peccato, & sine miseria perseuerare.

RESOLVTIO.

Angeli boni ad perseuerandum indiguerunt noua gratia, & nouo iudicio practico.

Prima pars prob. ex 1. textu in quo exigit gratiam vtique specialem cum numero plurali vtatur. Cum in hoc æqualis sit Angelorũ, & hominum conditio, & certum sit, quod perseuerantia, & conseruatio gratiæ vsque ad mortem semper est donum Dei, siue gratia aliqua specialis, sine qua nemini vnquam contingit gratia finalis sicut definiuit Trident. sess. 6. can. 22. merito Mellifluus perseuerantiam ascribit gratiæ, & gratiam dicit prærequiri ad perseuerãtiam. Igitur ex hoc habemus mutationem aliquam in bonis respectu instantis secundi.

Confirm. & simul prob. 2. pars. Insurgente noua aliqua difficultate, necesse est reluctantem aliter se

Text. 2.

Ex Epist. 129. ad Ianuens.

Et nunc quid restat charissimi, nisi vt admoneamini de perseuerantia, quæ sola meretur viris gloriam, coronã virtutibus? Prorsus absque perseuerantia, nec qui pugnat, victoriam, nec palmam victor consequitur. Vigor virium, virtutum cõsummatio est, nutrix ad meritum, mediatrix ad pręmiũ. Soror est patientiæ, constãtiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseuerantiam, nec obsequiũ mercedem habet, nec beneficiũ gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui cęperit, sed qui perseuerauerit, vsque in finem, hic saluus erit.

Text. 3.

Ex serm. S. Benedicti.

Angeli Sãcti etiam seminarunt quando cadentibus alijs ipsi steterunt, *& paulò post*: Hoc vtique cogitaue-

se habere quam prius propter quod imminente graui aliquo periculo, vel noua aliqua tentatione teneri ad contritionem, qui illam patitur vel passurus est, asserunt Medin. tract. 1. q. 6. ad primum. Reginald. lib. 5. n. 20. Coninch. Zerola, Toletus & alij apud Bonac. disp. 5. de Pœnitentiæ Sacramento q. 5. sect. 1. p. 2. sane non propter aliam rationem, quam quia tentatio, & peccandi periculum nouã afferunt difficultatem, vel nouam inferunt sollicitationem, quæ ad resistendum maiorem gratiam, & nouam aduertentiam in tali circumstantia constituto requirunt. At Angeli boni per totum primum instans fuerunt pacifici & quieti. In secundo insurrexit periculum, & tentatio malorum, ergo status illorum fuit mutatus. ergo constituerunt sibi nouum instans maior per hæc patet. min. prob. ex Mellifluo serm. de S. Benedicto vbi laudantur boni; quod malis non consenserint. vt habet text. 3. Consequentia patet ex principio Thomistarum, quod instantia Angelica constituantur per operationes quoad substantiam liberas inter se ordinem successionis habentes, ita vt vna sit duratione posterior altera sicut in hoc casu contingit in quo prius est Angelos moueri in Deum absque vlla difficultate extrinseca, deinde moueri cum resistentia tentationum, & exemplo deprauato malorum. patebunt

H *hæc*

runt Angeli Sancti, qui cadente maligno apostasiæ illius non consenserunt nobis relinquentes exemplum, vt quem admodum ipsi elegerunt ministrare, sic & nos faciamus.

Text. 4.

Ex serm. 2. in Isaiam.

Ab initio siquidem creauerat Angelos Deus in quibus Beati illius tẽpli plenitudo constaret, sed non in omnibus beneplacitum est ei, quia & in ipsis (vt scriptum est) Angelis suis reperit prauitatem. Fuit quippe in eis qui diceret. Ponam sedem meam, &c.

Text. 5.

Ex Epist. 36.

Fratrem Hugonem de lausana ore tuo, & nostro spiritu commonemus non omni spiritui credere, & ne cito moueatur certa pro incertis deserere, sciens diabolum soli semper perseuerantiæ insidiari, quam solam virtutum nouit coronari.

hæc clarius per hoc quod subijcitur notandum à Goneto disp. 12. de Angel. art. 4. §. 2. respondente Ioan. a S. Thoma, qui asserit nullam fuisse variationem in iudicio practico bonorum Angelorum, nec in actu voluntatis per ipsum regulato: sed actus illos mansisse inuariatos intrinsecè vsque ad instans glorificationis.

Contra quos sic prob. resolutio. Instans Angelicum non solum constituitur diuersũ per actiones successiuas, vel alias incompossibiles, sed etiam per varietates intrinsecas eiusdem operationis penes diuersos modos ipsi conuenientes. sed operatio per quam Angelus meruit in primo instanti, fuit variata, si non quoad substantiam saltem quoad modum, hoc autem sufficit ad constituendum secundum instans. ergo in Angelis bonis fuit facta mutatio sufficiens ad constituendum secundum instans etiam in bonis.

Maior est satis nota. minor probatur. nam primo, actus elicitus in primo instanti fuit solum liber quoad exercitium & necessarius quoad specificationem! actus vero elicitus in progressu operationis fuit vtroque modo liber. Sed esse liberum, & esse necessarium sunt modi intrinseci actuum, ergo isti actus fuerunt mutantes Angelos, & in illis constituentes diuersa instantia. Maior vltima est sufficienter probata. Ex prædictis nam ap-

Text. 6.

Ex serm. 1. in Epiphaniæ.

Nam in Deum peccatum cadere non posse, quis nesciat?

Ex serm. 3. de S. Andrea.

Perseuerantiā faciunt expectatio præmiorum, pœnarū recordatio, primitiæ spiritus, & donum cœleste de quibus loquitur Apostolus, quod nec expertus ignorat, nec inexpertus intelligit.

applicatio a Creatore facta in primo instanti fuit quidem libera quoad exercitium, quia applicatio non abstulit libertatem operandi, & non operandi, abstulit tamen libertatem specificationis, quia non potuit inclinare, neque applicare Angelum ad actum contrarium. Min. probatur. siue ex eo quod libertas actionis est quædam ratio vitalitatis, siue ex eo quod actio debeat habere in actu secundo id qnod potentia habuit in actu primo, cum igitur libertas, & necessitas sint modi intrinseci voluntatis & nō puræ denominationes, remanet quod mutatio facta in Angelis in progressu operationis sit intrinseca, & non pura denominatio, & consequenter sufficiens ad nouum istans constituendum, vnde ad primum nego minorem. Nā 1. mutatio facta est ex parte gratiæ, quæ noua infusa est Angelo ad perseuerandum, vt dictum est. ex appositis, & præmissis. Alia mutatio facta est in ipso Angelo, qui nouum elicuit iudicium practicū. tertio mutatio etiam facta est in modo operandi, quia prius fuit tantum libera inchoatiuè, imperfectè, & quoad exercitium, deinde libertatem completam perfectam, & quoad specificationem acquisiuit.

Ad secundum, nego. Eandem gratiam primi instantis fuisse sufficientem ad perseuerandū, siquidem superueniente difficultate, de-

Ex cap. 24. de Passione Domini.

Longitudo trunci in lilio quæ in altum erecta est virtutem longanimitatis insinuat, quæ perseuerare volentibus summe necessaria est.

buit robur nouum per nouam gratiam, & nouum iudicium superaddi Angelis, vt resisterent, & nouas difficultates superarent.

Ad tertium, dico D. Thomam, nihil aliud velle nisi, quod Angeli fuerint plenè Beati post actum charitatis perfectum, & completũ; qui perfectus, & completus fuit per actum perfecte, & complete liberum.

Sicut igitur actus charitatis siue sit idem, siue diuersus in via, & in patria, non potest tamen esse idem in 1. eodem instãte, quia dirigitur per cognitiones incompossibiles, & sibi succedentes; ita actus primi instantis; licet quoad substantiam sit idem; non potest tamen quoad modum esse idem, neque quoad extrinsecas circunstantias, quia dirigitur per iudicia diuersa intrinsecè, per gratiam etiam distinctam, & modo intrinsecè diuerso; quæ omnia expedit Mellifluus in vltimis appositis, in quibus exprimit insultus dæmonũ contra perseuerantiam, cõtra quos opponit nouam cognitionem præmiorum, nouum cœleste donum, eo quod perseuerantia, sit noua virtus, longanimitatis soror, & indiuidua comes:

ART.

Doctr. Mellift. pro Art. 6.
Text. 1.

Ex lib. de Ordine Vitæ.
Igitur priusquam homo per fidem cognoscat Creatorem suum, ignorantia mater omnium vitiorum eius possidet Animã: ergo ignorantia nox est; fides vero dies.

Text. 2.

Ex serm. 1. Aduentus.
Nouit tamen in affectum malitiæ trãsisse Angelos desertores, nec ex ignorantia aliqua, seu infirmitate peccasse. Ideoque pœnitere nolentes perire, necesse est.

Text. 3.

Ex serm. 1. de pugna spirituali.
Peccantes primo excipit negligentia sui, deinde curiositas rerum exteriorum, & ad se non pertinentium, deinde ipsarum rerum concupiscentia. Concupiscentiam sequitur consensus, cõsensum consuetudo, consuetudinem contemptus, contemptum malitia, idest affe-

ART. VI.

Quomodo Angeli peccare potuerunt in secundo instanti.

Non propono examinandum vtrum Angeli peccauerint, id enim Scriptura docet expresse per Ezechielem, & alios prophetas, quos hactenus adduximus. Isaiæ 14. Ezech. 28 Iob. 4. Lucæ 10.

Non propono similiter examinandum in quæ peccata corruerint incauti, & infœlices illi spiritus siquidem omnium consensu fuisse superbiam constat, quæ quidem superbia, quia in omni peccato includitur, non excludit alia peccata à superbia formaliter distincta, quia eam virtualiter continent. vnde est, quod Mellifluus dixerit aliquando, illos peccasse peccato inuidiæ, aliquando iactantia, aliquando propriæ perfectionis præsumptione, aliquando diuinæ maiestatis, & supernaturalium auxiliorum contemptu. Hæc enim omnia potuit vnico actu committere sicut in tractatu de Angelis suo loco exposui ad quem lectorem remitto.

Quæstio huius loci propria est. quo modo peccare potuerint, quia cum fuerint à Deo creati boni, & gratia atque bonis habitibus ornati, ditati, & muniti, difficile est concipere quomodo à tot, tantis-

ctus, & delectatio peccati. Negligentia tardat, curiositas impedit, concupiscentia ligat, consensus stringit, vel obdurat, consuetudo trahit, contemptus præcipitat, delectatio incarcerat carcere desperationis quare peccator dum venerit in profundum desperat.

Text. 4.

Ex serm. 19. in Cant.

Sapientia est Deus, & vult se amari non solum dulciter sed & sapienter. Vnde Apostolus, inquit, ad Rom. 12. Rationabile obsequium vestrum. Alioquin facillime zelo tuo spiritus illud & erroris, si scientiam negligas. Nec habet callidus hostis machinamentũ efficacius ad tollẽdam de corde dilectionem, quam si efficere possit, vt in ea incaute, & non cum ratione ambuletur.

tisq; bonis potuerint excidere. Ratio, quæ quæstionis solutionem difficilem reddit, prima est, quod Scriptura, Patres, & ipsemet philosophus doceant illos omnes, qui peccant esse ignorantes. Prou. 12. Errant omnes, qui operantur iniquitatem. *Hier.* 12. Desolatione desolata est ciuitas, quia non est, qui recogitet corde. *Sap.* 5. Errauimus à via veritatis, & lumen iustitiæ non illuxit nobis. *Idipsum profitentur Sancti Patres cum Aug. docentes neminem obdurari, quin excæcetur. & tamen in Angelis non habet locum ignorantia, vt habet text. 2. ergo videtur non potuisse peccare.*

Deinde omnis peccator videtur esse imprudens, sed Angelus non est capax huius denominationis. ergo, sequitur, quod peccare non potuerit. Imprudens enim dicitur qui mouetur absque iudicio, quod Angelus nullo modo potest cum lumine naturali, & intellectus perspicacitate, quam plurimum polleat, vt toties repetit Mellifl. & citatus est in præcedentibus. neque etiam potest passionibus perturbari.

Pro huius difficultatis solutione notandum imprimis est posse Angelos naturaliter peccare circa finem supernaturalem obscure, & per fidem cognitum: probatur quia Creatura rationalis semper manet libera, & indifferens sumpta natura, vt velit, & nolit quamdiu

Text. 5.

Ex ferm. de vndecim oneribus, ferm. 10. de oneribus Tyri.

Eſt & alia cordis anguſtia, quam facit amor ſui; cui cõtraria eſt cordis latitudo, quã facit amor Dei, & proximi. Amor autem ſui ex propria voluntate procedit. Qui igitur amat propriã voluntatem, oneri eſt illi volũtas aliena; & ideo, quæ ſua ſunt quærit, non quæ aliorũ. Ad omnia, quæ ſibi voluntas propria ſuggerit promptus: ad ea quæ ſibi iniunguntur piger, & tardus.

Text. 6.

Ex ſer. 3. in tempore Paſchatis.

Porro voluntas propria, quo furore Dominum maieſtatis impugnet, audiant, & timeant. Serui propriæ voluntatis, primo namque ſeipſam ſubtrahit, & ſubducit eius dominatui, cui tanquã authori ſeruire iure debuerat, dum efficitur ſua. Addit adhuc, & quod in ſe eſt, omnia quoque, quæ Dei ſunt tollit, & dirigit.

diu in obiecto apparent rationes aliquæ boni, & mali ſimul. Nihil enim voluntas amat neceſſario niſi ſolum bonum, vt bonum ſub ratione boni, atque in omni obiecto ſupernaturali, & obſcurè cognito occurrit ſemper aliqua ratio ſimul boni, & mali etiamſi obiectũ fuerit D. Opt. Max. quia ſcilicet tũc non videtur ſicuti eſt, ideſt clarè, & intuitiuè vnde eſt, quod voluntas poteſt amare, & repudiare quatenus varijs modis ab intellectu proponitur, nec quicquam voluntas neceſſario amat niſi Deum clarè, & intuitiuè viſum. Et ex hoc ſequitur Angelos potuiſſe quãdiu fuerunt viatores, peccare aduerſus Deum, quatenus eſt author Gratiæ, & Gloriæ: quia nimirum Angelorum cognitio pro tunc erat obſcura, & ineuidens, neque adhuc erant in Gratia confirmati. Gamachæus de Angelis diſput. 64.

Notand. 2. poſſe etiam peccare Angelos naturaliter contra finem naturalem, & proprijs naturæ viribus cognitum. probat. quia etiamſi Angelus per proprias naturæ vires cognoſcat illum vltimum finem ordinis naturalis, tamen poſſunt nõ ita diligenter aduertere quin ab alijs obiectis diſtrahi valeant, cum illorum intelligendi facultas ſit finita, ſicque poſſunt moueri efficacius ab alijs obiectis, quam ab vltimo fine, vnde & peccatum contingat per inaduertentiam quandam, ſeu incogi-

Text. 7.

Ex tract. de humilitatis gradib: de gradibus superbiæ.

Sed miror cum in præsentia Dei tũ præuideris principatum, cur non in eadem præuidisti, & præcipitium? Nam si præuidisti, quæ insania fuit, vt cum tanta miseria cuperes principari, vt malles misere præesse, quam fœliciter subesse? An non expediebat participem esse plagarum illarum luminosarum, quam principem tenebrarum harum? Sed credibilius est, quod non præuidisti, aut propter illam causam, quã superius dixi, quia Dei bonitatem attẽdens, dixisti in corde tuo, non requiret, propter quod ò impie Deum irritasti: aut quia viso principatu, statim in oculo superbiæ trabes excreuit, qua interposita casum videre non potuisti.

gitationem quatenus Angelus non attendit ad id quod debet, vt innuit D. Thom. 1. par. quæst. 63. art. 1. ad 4.

Notandum 3. Vltimum finem quoadusq; cognitus fuerit per claram, & intuitiuam visionem, posse semper apprehendi sub aliqua circumstantia mali apparentis, vtpote difficultatis, & laboris, sicq; viatorem posse à fine auerti, vt labores declinet, & ad voluptates se conuertat.

Not. 4. Quod cum lege naturali viatoribus propria voluntas sit Deo sub mittẽda, potuisse Angelum ob huiusmodi varios respectus auertere se â fine vltimo naturali sicque peccare.

Not. Denique quod licet in intellectu speculatiuo Angelorum non sit vllus error, eo quod cognoscat optime, quid agendum sit in genere, & in vniuersum: tamen errare possunt quoad intellectum practicũ ratione circunstantiarum particularium moraliter saltem, si non metaphisicè, concludendo hic & nunc aliquid esse faciendum, quod tamen suapte natura rectæ rationi repugnet, & hoc intendit Philosophus 3. ethic. cap. 1. cum dicit, quod omnis peccans est errans, idest practice, non speculatiue. Itaq; poterit conciliari Mellifl. cum scriptura Patribus, & secummetipso quãdo cum illis dicit errorem, & ignorantiam esse matrem vitiorum, & ex altera

An-

Angelum non peccasse ex ignorātia: poterit inquam conciliari dicendo, quod in Angelis non potest habere locum error speculatiuus positiuus, hic enim est in hæreticis; neque ignorantia habitualis, quia repugnaret experientiæ, habere tamen in illis locum errorem practicum, & inconsiderationem, vt post Aureolum, Valentia, & multi Thomistæ. Angelus igitur ex inaduertentia, & inconsideratione, seu errore practico peccauit, non autem ex errore positiuo speculatiuo, vel ex ignorantia habituali, vel quod idem est Angelus non peccauit ex ignorantia principij alicuius vniuersalis, peccauit ex ignorantia principij particularis, & ex inconsideratione alicuius principij, ad quod si aduertisset non peccasset. Scripturæ autem, & Aristoteles da hac ignorantia intelligendi sunt, non autem de Metaphys.

Doctr. Mellifl. pro Art. 7. Text. 1.

Ex serm. 4. in Isaiam.

Tam super ea, quæ præmittitur capitis, & pedum velatione, extat ā Patribus probata sententia, Dei caput, pedesq; velari eo quod lateat, quid ante mundum fuerit, quidue futurum post mundi consummationem.

ART. VII.

Vtrum boni Angeli conconseruauerint in gloria habitum fidei, & quid de Dæmonibus.

Pro sententia affirm. colligitur argumentum à primo textu in hunc modum, Angelus beatus ignorat, quid factum sit ante mūdum,

dum, & quid poſt conſumationem futurum ſit. ergo circa illa ſi fiat illis reuelatio, poterit fidem, & ſpem exercere. eam docet Melliſl. in primo appoſito.

Confirm. habitus fidei, & ſpei ſunt inſtrumenta, quibus Angeli meruerunt in via, vt dictum eſt ſupra, ſed hæc inſtrumenta ſolent ſeruari ad gloriam triumphãtium, & memoriam poſterorum, vt dicitur de Dauide, quod appendit arma Goliæ. ergo illi habitus debent etiam in beatis permanere.

Tertio in patria remanent habitus virtutum Cardinalium. ergo multo magis Theologalium ſequela patet, quia Theologales magis perficiunt viatores, quam Cardinales, ergo etiam comprehenſores contra tamen ſit.

Text. 2.

Ex ſerm. 60. in Cant.

Vt tamen adhuc ego aliquid adijciam de huiuſmodi quia occurrit, videte ne forte etiam, hæc inter groſſos deputari poſſint, ſcientia, prophetiá, linguæ, ſimiliaque. Etenim iſta morte groſſorum deficere habent, & cedere melioribus, dicẽte Apoſtolo, quia & ſcientia deſtruetur, & prophetiæ euacuabũtur, & linguæ ceſ-

RESOLVTIO I.

In Angelis beatis non remanſit fides, neque quoad actum, neque quoad habitum.

Eſt contra Durand. in 3 d. 23. q. 9. Gerſon de vita ſpirituali, & P. Suarez diſp. 7. ſect. 5. n. 9. eſt tamen expreſſa in appoſito ſecundo ex diſtinctis locis adducto, deduciturque ex illo *Iſ. ad Corin.* 13. Cum venerit quod perfectum eſt euacuabitur, quod ex parte eſt. *Nam ſi habitus fidei non eſt perfectus in cognitione clara, ſed ex parte, quia obſcurè cognoſcit. ergo euacuatur in patria*

Non

ſabunt. Fidem quoque ipſam intellectus excludet, ſpeiq; ſuccedat viſio neceſſe eſt. Quod enim videt quis, quid ſperat? Sola nō excidit charitas, ſed illa, qua Deus toto corde, tota anima, tota virtute diligitur. Ideo hanc minime groſſi annumerauerim, ne ad ficum quidem dixerim pertinere, ſed ad vineas.

Ex ſerm 72. in Cant.

Aut ſi magis placet ſimpliciter verbum inclinationis accipere, nihilque aliud inclinari, quam adnihilari, eſſe putandum, neque huic deſimus ſēſui: dicimus vmbras figuras, & enigmata ſcripturarum, necnon & ſophiſticas locutiones, cauillationeſque verborū, & implicita argumentorum, quæ omnia veritatis interim lumen obumbrat. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Verum aſpirante die inclinabuntur vmbræ, quia occupant omnia luminis plenitudine, nulla pars ſupereſſe poterit tenebrarum. Denique cum

Non habere actum prob. ex illo Videmus nunc per ſpeculum, & in enigmate tunc autem facie ad faciem. *ex quo ſimiliter infertur non remanere habitum, quia poſita impoſſibilitate actus, habitus eſſet otioſus, vide in 3. ſent. multa ibi congerit Bonauentura ſitu digna.*

Probant alij præſertim Tomiſtæ ex oppoſitione, quam habet fides cum lumine gloriæ non abſolutè, ſed vt habet ſtatum perpetuum in beatitudine. ita Caiet. 1. 2. q. 77. art. 5.

Vnde ad primum oppoſitum. Reſp. dato toto antecedente, neque conſeq. quia tam quæ præceſſerunt, quam quæ poſt mundum futura poſſunt Angeli cognoſcere, vel in verbo, vel in propria ſpecie, quam Deus poteſt illis infundere, vel per ſpeciem prius cognitam aliiſque modis adeo euidentibus, quæ omnem obſcuritatem excludant.

Ad ſecundum. Reſp. maiorem ornatum accedere animæ per viſionem beatificam, quam per fidē.

Ad tertium dico, fidem non eſſe perfectionem intellectus ſimpliciter, ſed tantummodo ſecundum ſtatum viæ, in quo cum intellectus poſſit errare, fides pro duce aſſignatur, vnde remouetur, & dux ſiue lumen fidei, cui ſuccedit lumen gloriæ nobilius. virtutes autem cardinales perficiunt Angelū pro hac & alia vita, vnde non eſt ſimile.

venerit, quod perfectum est, tunc euacuabitur, quod ex parte est. Hactenus de his sufficere poterat si spirans dies illa, & non aspirans dicta fuisset.

Ex ser.7. in psalm.90.

Supernaturalia irreparabiliter amiserunt.

Ex epist.42. ad Henricum Senon.

Dæmonum fides non adducitur in examinationem, vacua quippe charitate mortua est. Credunt quidem, & contremiscunt, sed timor non est in charitate.

RESOLVTIO II.

Habitus fidei non remansit in Dæmonibus, est contra Durand. loco supra cit.

Prima probatio desumitur ex textu opposito in art. vbi docet Mellifl. Dæmones fuisse spoliatos donis supernaturalibus, de quorum numero censetur fides. ergo.

Secundo prob. ex dictis in art. præcedenti. Secundum quæ Dæmones manent obstinati in malo in primo instanti concepto, ergo non possunt habere pium illum affectum necessarium ad credendum. antecedens patet ex cit. consequētia probat, quia quandiu voluntas est obstinata in malo per obstinationem habitualem est incapax piæ affectionis, qua inclinetur ad credendum sicut oportet. Non enim fides subiectatur in intellectu absolutè, bene vt habitualiter moto, & disposito à voluntate per piam affectionem, qua desinente, desinit, & fides.

Dices Iacob. cap. 2. suæ epist. dicit, quod Dæmones credunt, & contremiscunt. Resp. Dæmones credere fide naturali, non infusa, quia non informatur à charitate, & ideo se habet, ac si non esset, vt dicitur in text. epist. ad Henricū. D.Thom. q. 5. art. hic dicit Dæmones habere fidem coactam ex signo cum euidentia.

ART,

Doctr. Mellifl. pro Art.8.
Text. 1.

Ex ferm. de fide, fpe, & charitate.

Concupifcibilitati prefigitur fpes, quia concupifcere nos non licet, quæ videmus, fed quæ fperamus, & fpes quæ videtur non eft fpes.

Ex ferm.8. in pfal.90.

Et vere fratres, deficiunt oculi dum fperamus, quod enim videt quis, quid fperat? fpes quæ videtur non eft fpes.

ART. VIII.

Quid fentiendum de Spe.

Difficilis quæftio propter duo in quibus Doctores diffentiunt.

Primo magna eft diffentio num fpes fit folius fperantis, an vero fe extendat ad eos quibus fperans per charitatem coniunctus eft. D. Auguft. in enchiridio cap. 8. docet fpem non effe nifi de rebus fpectātibus ad eum in quo eft habitus fpei. hinc P. Torres difput. 60. dub.4. cōiunctionem ad fpem pertinere negat.

Tannerus quæft. 1. à num. 29. totus eft vt probet illam vnionem quæ fit per amorem effe de quidditate fpei adducitque duo teftimonia, videlicet: 2. Corint. 1. Vt fpes noftra firma fit pro nobis. *& ad Philip.* Confidens hoc ipfum, quia qui cœpit in vobis bonum ipfe perficiet. *Idem fentit Bannes hic ad quæft. 7. art. 3. folum diffidens à Tānero, qui naturalem putat fufficere vnionem.* Bann. *vero putat neceffariam fupernaturalem. Ratio eius eft, quia cum dentur tātummodo tres virtutes Theologales, & frequentes fint actus, quibus Dei poffeffionem fperamus proximo nobis coniuncto, non poffunt reduci nifi ad fpē, quæ Deum refpicit, vt bonū creatura. Addit quod cum ex eadem charitate, Deum diligamus, & proximum, ita poffe eodem habitu Deum*

Deum nobis, & proximo sperare, his tamen non obstantibus sit.

RESOLVT. I.

In Beatis non manet spes, neque quoad habitum, neque quoad actum, desumitur ex ad Rom. 8. Spes quæ videtur non est spes, nam quod videt quis, quid sperat. *Accedit August. præcitatus, & Torres, necnon Ambrosius, ibidem hæc scribens:* Manifestum est non esse spem, quæ videtur: *quibus conformis est Melliflu. in appositis. rationem istorum assignat Ioann. à Sancto Thoma in secunda secundæ ad quæst. 17. disput. 11. art. 2. num. 4. vbi hæc: Ex vi status beatifici non desiderant Beati, nisi tantum illa, quæ voluntas Dei vult illos desiderare, & per illos implere, quia summè conformantur voluntati diuinæ: alia vero, quæ Deus non vuult per illos implere, nec volunt, nec desiderant, loquendo de desiderio efficaci quale requiritur ad sperandum, nam desiderium inefficax quale est illud Christi desiderantis, vt transeat ab eo calix, non seruit ad sperandum. Est autem debitum statui illi, vt non defraudetur omni eo, quod efficaciter desiderat, alias non esset status ille perfectus, vnde habere beatos decretum diuinum, quod per fectè completur in patria constat ex psal. 20.* Desiderium animæ eius

Text. 2.

Ex cap. · libri de amore Dei num 1.

Quando huiuscemodi experitur affectum, vt Diuino inebriatus amore.

& ibidem paulò post num. 2.

Oportet proinde ad eundem nos affectum transire, vt quomodo Deus omnia esse voluit propter semetipsum, sic nos quoque, nec nos ipsos, nec aliud aliquid fuisse, vel esse velimus, nisi

ęquè propter ipsum, ob solã videlicet ipsius voluntatem non nostra voluptatem.

Text. 3.

ex cap 6. Meditat.

Diligunt suos conciues supernæ potestates, & pro ijs qui hæreditatem capiunt salutis sollicite congaudent, &c.

ex ser. 8. in psal. 90.

Non solum autem, sed & securitas perfecta iustorum erit visa retributio peccatorum, quo videlicet, nec humanam aliquando, nec diabolicam vltra vereri malitiã possint, qui nimirum cadentibus ã latere suo mille, non modo eos cadere viderint, sed & cadere in gehennam?

eius tribuisti ei, &c. *& psal. 144.* voluntatem timentium se faciet, *vnde S. Th. in 4. d. 45. q. 3. ar. 3. determinat, quod Sancti semper exaudiuntur in orationibus propter conformitatem suæ voluntatis ad diuinam.*

Quæ cum conformissima sint ijs, quæ docet Mellifluus in appositis. n. 2. & cap. 15. ad fratres. Adde dumtaxat.

Ad *argument. Tanneri, Bannes, Suarij, &* Mellifl*ui apposito text. 3. Resp. Angelos desiderare posse nostram salutem* ex *voluntate conformandi se in omnibus voluntati diuinæ concedo; ob proprium commodum præcisè nego, & addo ex Mellifluo de vita solitaria ad fratres de monte, & ex lib. de amore Dei, quod in patria pro fide datur lumen gloriæ & visio beata, & pro spe possessio ipsius beatitudinis, cuius beneficio creata voluntas in Deum transformata incipit amare ex charitate, quæ prius desiderabat per spem; cuius ratio est, quod perfectissimus status etiam perfectissimo modo debeat operari; perfectior autem est modus operandi ex charitate, quæ voluntatem creaturæ transformat in voluntatem Dei, & sicut ista, etiam illa propter gloriam Dei operatur, quam modus operandi ex amore concupiscentiæ, qui est imperfectus, quare in patria, beati Angeli cessant operari per spem, quæ ex amore concupiscentiæ opera-*

ra-

Text. 4.

Ex ser. 2. de modo bene viuendi.

Dicite Dominus in Euãgelio: Nolite desperare, sed habete fidem Dei in vobis. Spes quæ videtur non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Vnde Salomon ait: Expectatio iustorum lætitia, spes autem impiorum peribit.

Text. 5.

Ex serm. 1. Diuersorum.

Similiter quoque spes triplex est. Et procedit de prædicta triplici fide. Nam de fide præceptorum oritur spes veniæ: de fide signorũ

ratur, & operantur ex charitate, siue ex voluntate Dei cui conformantur, habet autem hac Mellif. serm. 1. de S. Michaele. Amant nos, quia Christus nos amauit.

Adde quod obiectum spei theologicæ est Deus, cum autem quis sperat beatitudinem alijs, recedit ab obiecto spei, quare non possunt ex spe theologica in illud ferri, sed per alium habitum nempe charitatis, vt dictum est.

Secunda difficultas præmissurum erat, quod Angeli sperare possint beatitudinis continuationem.

Sed contra est, quod beati in natura illius status cognita vident illum esse indefectibilem, & perpetuum, vnde per hanc cognitionem clarã excluditur exercitium spei, & hoc est quod docet Mellifluus in text. 4.

Maneat igitur fixa resolutio de qua plura suo loco cum hic sufficiat ea explicuisse; quæ ad Angelos spectant. Sequuntur autem Mellifl. D. Th. hic q. 18. ar. 2. & 3. Scot. in 3. d. 31. q. 1. & alij suo loco adducendi.

RESOLVT. II.

Spes non manet in Dæmonibus neque quoad habitum, neque quoad actum. Ratio est quia in primo instanti damnationis desperatione concutiuntur, ita vt sperare statui illorum repugnet. Deinde

etiam

ſpes gratiæ: de fide promiſſorum ſpes gloriæ. *In Dæmonibus non eſt fides, ergo nec ſpes.*

Doctr. Mellifl. pro Art. 9. Text. 1.

Ex ſerm. 27. in Cant.
Decor eius charitas eſt, & charitas ſicut legiſtis nunquam excidit. 1. ad Corint.

Ex ſerm. 60. in Cant.
Sola non excidit charitas, ſed illa qua Deus toto corde tota anima, tota virtute diligitur.

Text. 2.

Ex ſer. 1. de tribus teſtimonijs in octaua Paſch.
Merito ſanè vnus eſt, qui in terra pariter, & in Cœlo teſtimonium reddit, quia ſiue corporis afflictio ceſſet, ſiue lachrymarum fons ex-*etiam quia tanta virtute ſunt indigni, ſiquidem licet ſpes, quæ differtur, affliget, tamen habet, & hoc quod ſperantem conſoletur. habet enim* Mellifl. *in floribus ſub voce ſpes*: Qui ſe ſingulariter in ſpe conſtitutum ſentit, non iam in timore, ſed requieſcit in charitate.

ART. IX.

Vtrum conſeruauerint Charitatem.

Non poteſt poni in dubium iuxta tenorem tituli cum conſtet ex iam appoſitis pro fide, & ex Apoſtolo *in appoſitis citato, charitatem non excidere, ſed perpetuum ornamentum beatorum remanere; quod controuertitur eſt vtrum eadem charitas, quam Angeli habuerunt in via perſeuerauerit cum fuerūt aſſumpti ad gloriam, poteſtque moueri quæſtio, tam de actu, quam de habitu pro quo ſit prima.*

RESOLVTIO I.

Angeli eundem habitum charitatis, quem habuerunt in via conſeruauerunt, & conſeruant in patria. Ratio efficaciſſima ducitur ex citato in appoſitis Apoſtol. textu. Charitas nunquam excidit, quod eſſet falſiſſimum, ſi habitus charitatis, qui eſt in via periret, ſicut pe-

cicabitur, sed charitas nunquam excidit. Prælibatio quædam est in præsenti, cōsummatio, & plenitudo in futurum manet.

Ex soliloq. 15. num. 7.

Constat certe beata illa Seraphim, quæ à vicinitate præsentiæ tuæ. Sed qui desiderat, quod assequi non potest miser est.

perire diximus habitum fidei. adueniente lumine gloriæ, & spei posita præsentia obiecti.

Deinde idem est obiectum in patria, qu[illegible] fuit in via, ergo dices; mutatur cognoscendi modus. Resp. modum illum esse extrinsecū charitati, se habet enim tāquam proponens obiectum formale, nec illud vllo modo varians. valeret hæc instantia si cognitio proponeret obiectum amabile diuerso modo, quod hic non contingit. Visio autem beata, quamuis proponat clarius totam amabilitatem Dei, quam fides, non tamen proponit, nisi eandem illam amabilitatem, quam proponit fides.

Text. 3.

Ex ser. 3. in Isaiam.

Stant plane Seraphim, quia charitas nunquam excidit. Stant attoniti, & suspensi in contemplatione sedentes in throno. Stant in æterna incommutabilitate, & æternitate commutabili.

Ex serm. 4. eiusdem.

Quo enim Seraphim volant, nisi in eum cuius ardēt amore? Vide flammā quasi volantem, & stantem simul, nec miraberis iam Seraphim stantes volare, volātes stare.

RESOLVT. II.

Etiam actus charitatis, quo Angeli Deum diligunt in patria, idem est cum eo, quo dilexerunt in via. prob. ex text. 2. in quo habetur charitatem non excidere, nec mutari, etiamsi mutetur status, excideret autem si actus viæ mutaretur, nam primus desineret, & sic Angeli cessassent aliquo modo ab actuali amore, quod est omnino contra textum tertium, in quo expresse dicitur Seraphim stare, quia charitas nunquam excidit, idest cessare ab actuali exercitio nō potest. considerandа sunt etiam alia verba textus. nempe, & prælibatio quædā est in præsenti, *quibus indicat actum dilectionis Angeli*

Text.4.

Ex ſerm. 19. in Cant.

Sed nec ea, quæ appellata ſunt Seraphim, quippe quæ ipſa charitas Deus in ſe adeo traxit, & abſorbuit, atque in eundem rapuit sãctæ affectionis ardorem, vt vnus cum Deo eſſe ſpiritus videantur: inſtar profecto ignis, qui aerem quem ininflammat dum ſuum ei totum calorem imprimit, induitque colorem non ignitũ ſed ignem feciſſe cernitur.

Text. 5. pro Reſol.3.

Ex ſerm.2.in Iſaiam.

Bene ergo Propheta cum dixiſſet vidiſſe ſe Dominum ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, ne forte, aut excelſum intelligeres de eo dictum qui ait. Aſcendam ſuper altitudinem nubium: aut eleuatũ referres ad eos

geli augeri quidem, ſed non mutari. nõ enim dici poſſet actus viæ prælibatio futuri, ſi eſſet ab actu patriæ diuerſus. Adde quod *Angeli dicuntur ſtare in charitate, id-eſt in eodem actu perſeuerare. ſic enim ſonant text. ſub num.3. conſtituti.*

Dices; actus viæ eſt liber, actus patriæ eſt neceſſarius, ergo differunt ſpecie, & conſequenter numero. Reſp. nego quod neceſſitas, & libertas diſtinguant actus eſſentialiter. Siquidem libertas eſt pura denominatio extrinſeca, nihil mutans intrinſecè in actu.

Dices rurſus, idem actus non poteſt eſſe meritum, & præmium. Reſp. ſecundum eandem rationem concedo, ſecundum diuerſas nego. Eadem enim charitas, quæ ſecundum ſe eſt meritum, quatenus vero eſt à viſione, & origo gaudij poteſt eſſe, & eſt de facto fons gaudij ſiue præmium.

RESOLVTIO III.

Dæmones fuerunt ſpoliati charitate per peccatum quod commiſerunt. prob. ex Ezechiele 28. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate & peccaſti & Iſaias cap. 14. Quomodo cecidiſti Lucifer, &c. ex quibus colligunt Patres, Luciferum qui fuit gratia, charitate, & virtutibus ornatus, in primo inſtanti, tamen poſtea turpiſſime

homines, qui in superbiam eriguntur: Addit, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum: vt manifeste intelligas, non eam altitudinem commendari, quæ extollitur aduersus eum, sed eos in templo sine in solio fore, qui sub eo sunt, alios quidem excelsos stabilitate solida, alios ex imo leuatos miseratione diuina. Ac ne fortè obijcias ditioni eius vniuersa subesse, nec quicquam determinationis habere quod ait; Quod sub ipso erant, vt sola quæ voluntaria est, & ex feruore charitatis procedit, approbaret,& cōmendaret Dei subiectionem.

lapsum omnibus spoliatum fuisse.

Confirm. quia charitas est incompatibilis cum peccato, sed ex D. Th. 1. p. q. 69. art. 2. ad 5. omnis actus dæmonis ex voluntate deliberata procedens, est malus. ergo est incompatibilis cum gratia.

Obijcitur cit. locus charitas nunquam excidit, ergo si dæmones habuerunt in primo instanti charitatem nō potuerunt illam amittere. Resp. dictum illud Pauli intelligendum de charitate patriæ, non viæ.

Doctr. Mellifl. pro Art. 10. Text. 1.

Ex serm. 11. supra Psalm. 90.

Vias quoque Angelorum ad easdem nihilominus tendere manifestum est. Cum enim ascendunt ad contemplationem, inquirunt veritatem, de qua, & desiderādo satiantur,& satiando desiderant. Cum vero descēdunt, faciunt nobiscum misericordiam, vt custodiant nos in omnibus vijs nostris.

ART. X.

An morales virtutes in Angelis bonis remanserint,& quid de malis.

Dictum est supra omnes virtutes morales fuisse infusas Angelis in primo instanti: vtrum in illis perseuerarint in termino, potest in dubium adduci, quia videntur sufficere naturales, quæ in Angelis maximè vigent propter naturæ perfectionem, de qua constat ex dictis.

RE-

Administratorij enim spiritus sunt missi in ministeriũ propter nos. Planè ministri nostri, non Domini nostri. Et in hoc vnigeniti formam imitantur, qui non venit ministrari, sed ministrare: qui stetit inter Discipulos tamquam qui ministrat. Fructus Angelicarum viarum, quod ad ipsos spectat, sua ipsorum beatitudo, & obedientia charitatis; quod autem ad nos pertinet, inde quidem obtentus Diuinæ Gratiæ, hinc vero custodia viæ nostræ. Siquidem Angelis suis mandauit de te, vt custodiāt te in omnibus indigentijs tuis, in omnibus desiderijs tuis. Alioquin facilè est tibi incurrere vias mortis, vt videlicet, aut de necessitate in obstinationē, aut in præsumptionem de cupiditate prorumpas; quæ quidē iam non Hominum, sed Dęmonium viæ sunt. In quo enim tàm facilè inueniri solent Homines obstinati, quàm in eo, quod aut ad necessitatē pertinere simulant, aut arbitrantur? Quicquid moneas

RESOLVT. I.

Omnes virtutes morales infusę remanserunt in Angèlis glorificatis D. Th. in 1. 2. q. 67. Ratio est, quia illæ omnes virtutes remanserunt in bonis Angelis, quæ sunt connaturales proprietates gratiæ sanctificantis efficientis in nobis statum diuinum: sed virtutes morales supernaturales secundum substantiam sunt tales. ergo prob. min. siquidem sicut forma naturalis postulat intrinsecas facultates, quibus possit in omni materia conuenienter operari secundum statum suum & finem naturalem: ita gratia per quam efficitur in Angelis diuinus status postulat principia intrinseca, quibus beatus possit operari in omni materia conuenienter ad statum suum supernaturalem. Hæc autem principia non possunt esse nisi virtutes morales. ergo remanserunt in beatis.

Confirmatur quia virtutes sunt ornamenta animæ, eiusdemque perfectiones & instrumenta, quibus ad illum statum beatitudinis peruenerunt. ergo debent remanere.

Dices in patria cessat materia, circa quam versantur, hæc enim versatur, vel in operationibus ad alterum, vt iustitia, vel in moderandis passionibus, vt temperantia, & sit de alijs. Resp. manere primo ad ornamentum, secundo

(ait ille) ego quod possum possum, & nō vltra possum. Tu si hic sis, aliter sentias. Vnde vero in præsumptionem, nisi ex quodam impetu vehementioris desiderij prosilimus? Interim ergo mādauit Angelis suis Deus non quidem, vt amoueant te à vijs tuis; sed vt in eis ipsis te custodiant, & quasi per vias suas, vias tuas dirigant in vias ipsius. Quonā modo? inquis. Nempe, vt quod Angelus ex sola charitate purius agit, tu propria saltem necessitate compulsus, & admonitus descendas, & condescendas exhibere proximo misericordiā, & rursum cum eodem Angelo leuans desideria tua, tota animi cupiditate ascendere studeas ad summam, & perpetuam veritatem. Hinc enim monemur leuare corda nostra cum manibus, hinc audimus quotidie sursum corda. Hinc quoque negligentes arguimur, & dicitur nobis. Filij Hominum, vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacim? Exoneratum enim cor, & leue, leuatur magis, vt quærat, & diligat veritatem.

do manere etiam ad aliquos actus, qui non tolluntur omnino, vt supponit obiectio, sed potius mutantur. quod ostendit Mellifl. assignans Angelorum beatorum vias, quibus virtutum moralium exercitia tribuit, vt probabitur in parte 3. quæstionis.

RESOLVT. II.

Omnes habitus virtutum supernaturalium infusarum dæmones amiserunt per peccatum. Est communis, & ratio est, quia habitus isti sunt ornamenta, quibus indignos se præbuerunt dæmones, & ideo Mellifluus vocat eos nigros, & feris feritate sua horrorem inducentibus comparat.

Dices, habitus acquisiti moralium remanent in damnatis, ergo & in dæmonibus. Resp. remanere quidem, sed ad breue tempus, quia cito disperduntur.

Quæres, quid de intellectualibus. Resp ex communi, habitus purè speculatiuos remanere, quia non faciunt meliorem habentem. sed per eos magis torquentur dum recordantur præteritorum.

ART.

Doctr. Mellifl. pro Art. 11.
Text. 1.

Ex tract. de vita solit. cap. 16. *num.* 64.
Homines doceant Deum quærere, Angeli adorare.

Ex serm. 4. *in Natali Domini.*
Quis vere Deum colit, nisi qui voluntarie ei subiectus est.

Ex serm. 1. *Dedicat.*
Itaque cœlestis illius curiæ lapides viui, ac rationabiles Domini intersūt Cōsilijs, & Trinitatis Mysteriū norunt.

Ex cap. 21. *de interiori Domo.*
O quam ineffabilis est pietas Dei, quæ tantam maiestatem inclinat ad tantam humilitatem.

Text. 2.

Ex cap. 4. *libri de Anima.*
Pręmium est videre Deū, viuere cum Deo, viuere de Deo, esse cum Deo, esse in Deo, qui erit omnia in omnibus: habere Deum qui est summum bonum. Et vbi est

ART. XI.

Vtrum Angeli conseruarint pietatem, & religionem, quid & quo cultu Deum adorent.

Si pietas verbum diuinum, e sinu Patris traxit ad sinum Matris, vt æterno Patri condignum cultum offerret, & oblatum semel deinceps offerendum ab Ecclesia militante præciperet, & institueret. vt dicit in 1. *app. Mellifl. quis auderet suspicari Cœlum Empyreum, Dei regiam, munificentiæ, & magnificentiæ thronum sanctitatis sedem, absque cultu supremi numinis in ea præsidentis & relucentis remāre? Ad hoc igitur dubium excludendum à viatorum mentibus inter affluentia cœlestis patriæ bona pietatem, quæ Dei cultum exercet, enumerat, nec isto contentus vlterius in quo consistat cultus iste in* 7. *aperit. dū dicit:* In sæcula sæculorum laudabunt te. *Obiectum autem istius cultus Deum designat, dum Deū alloquitur, qui cum apprehendatur ab Angelis sicuti est, vt præmisimus art. præcedenti* 7. *frustra quæreretur vtrum adorent, & colant illum, vt vnum, vel vt trinum. cum videant illum in seipso. adorant etiam in seipso, & quia vident illum sicuti est, adorant sicuti*

nere

summum bonum, ibi est sũma fœlicitas, summa iucunditas, vera libertas, perfecta charita, æterna securitas, & secura æternitas, &c.

Text. 3.

Ex serm. 4. Dedicationis Ecclesiæ.

O admirabilis domus, & dilectis tabernaculis, & atrijs concupiscibilibus præferenda. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, &c. Verum multo magis beati, qui habitant in domo tua in sæcula sæculorum laudabunt te.

Text. 4.

Ex serm. 22. in Cant.

Forsitan dicit aliquis cętera bene conueniunt, sed sanctificatio ad temperantiã minus propriè spectare videtur. Ad quod respondetur primum id esse continẽtiam, quod temperantiam. Deinde, vsitatũ in scripturis sanctificationem pro continentia, seu munditia poni. Deniq; quid ille apud Moysen tam crebrę sanctificatio-cuti est, & ideo *Mellifl. cap. 16. de vita solit. dicit quod* Homines docent Deum quærere, sed Angeli adorare. *Videamus igitur quomodo Angeli Deum adorent.*

RESOLVTIO I.

Sancti Angeli *Deum colunt cultu lutriæ heroico. probatur, & explicatur simul. Nam cultus dicitur heroicus, quando fertur in nobilissimam formalitatem obiecti, promptè delectabiliter, & ex impulsu nobilissimi principij, sed cõditiones istæ reperiuntur in cultu, quem exercent in cœlo beati Angeli, ergo. Maior colligitur ex D. Thom. 7. ethic. cap. 1. & 1. 2. quæst. 54. in corp. & alijs, Ioann. à S. Thom. 1. 2. dispu. 16. art. 6. Henric. Gandau. quolib. 4. q. 33. & alijs præsertim mysticæ professoribus, qui vnanimiter concludũt actionem esse heroicam quando est supra communem operandi modum & similis modo operandi Dei sit autẽ actio creaturæ similis in modo operãdi Deo per istas conditiones, ergo. Minor probat. Nam Deus operatur respiciens in suam bonitatem. operatur promptè, & delectabiliter. Denique ex sapiẽtiæ suæ dictamine, & directione. Angeli autem colunt Deum adhibendo in cultu conditiones istas, ergo. prob. ista min. ex cap. 4. Apocal. vbi descripta gloria Domini concludit de* Angel. Et requiẽ non

nes aliud erant, quam quædam purificationes hominũ temperantium se à cibo, à potu, à concubitu, hisque similibus. Sed audi ipsum præcipue Apostolum, quam familiare habeat, vel vti, vel vsurpare sanctificationem in hoc sensu. Hæc est, inquit, voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificationẽ, & non in passione desiderij.

Text. 5.

Ex serm. 5. in Isaiam.

Seraphim stabant super illud nomen est ordinis Angelorum summi, & ipsi tamen quãquam cæteris præstent astant nihilominus Domino præsidenti deuotum vtique ministerium, & plenum reuerentiæ obsequium exhibentes. *& paulo post.*

Viuaci siquidem per naturam intellectu, & feruenti nihilominus affectu per gratiam in eum, qui supra ipsos est extenti iugiter, & intenti, stare quidem, vt diximus per ministerium, sed & non habeant die, ac nocte, dicentia, Sanctus, &c. *in qua Hugo Cardin.* Et requiẽ non habebant, idest, non cessabant, nec labor hic exprimitur, sed continuatio laudis monstratur: *En promptam, & cum delectatione operationem. Additur;* dicentia Sanctus: *laudant sanctitatem, quæ attributum est absolutum ad temperantiam pertinens, omnem perfectionem includens, imperfectionem excludens, & ideo cultum hunc, à communi latria distinguẽs, vt explicat text.* 4. *qui præterea fit ex impulsu Spiritus Sãcti expressi in tertio Sanctus, de quo dicitur, quod suis donis reddit etiam beatos promptos, & faciles ad obediendum Diuinis motionibus, quales sunt iste ad Dei cultum spectantes.*

Confirm. ex duobus appositis in quibus Mellifluus enumerat quatuor concurrentia ad cultum bonorum Angelorum; scilicet Admirationem, Charitatem, Subiectionem, & Spiritus Sancti directionem. Sed quatuor istis concurrentibus cultus est heroicus, ergo.

Dices, Dæmones in primo instanti eodem cultu Deum adorarunt, ergo etiam meruerunt.

Resp. in primo instanti omnes quidem, sed inchoatiue tantum, & imperfecte, quia operati sunt ex applicatione Creatoris, & liberi solum quoad exercitium. in secũ-

volare per studium perhibentur. *& infra.*

Ineffabiliter siquidem delectantur in admiratione contemplationis illius, nec minus gloriantur in ipsius veneratione, &c.

do vero. Mali charitatem, subiectionem, & Spiritus Sancti motionem deserentes, & abijcientes rei facti sunt. Boni autem constātes in bono, & deliberata libertate in actu primo Diuini cultus perseuerantes augumentum gratiæ & gloriæ meruere, vnde & in cultus heroici exercitio perseuerant.

Text. 6.

Ex homil. 4. in Lucam. paulo post medium.

Ideoque, & quod nascetur ex te Sanctum vocabitur filius Dei.

Quod est dicere; Quoniam non est de homine, sed de Spiritu Sancto, quod concipies, concipies autem altissimi virtutem, hoc est filium Dei ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei, idest, nō solum qui de sinu Patris in vterum tuum veniens obūbrabit tibi, sed etiā id, quod de tua substantia sociabit sibi, ex hoc iam vocabitur Filius Dei, quemadmodum & is qui à Patre est ante sæcula genitus, tuus quoque à modo reputabitur Filius.

RESOLVT. II.

Angeli verbum incarnatum eodem adorarunt cultu, quo ante incarnationem. patet ex concil. Ephes. sub Cælestino primo in quo habetur, quod Angelis intimatum fuit præceptum adorandi Christum sicut, & nos. ex psalm. 96. Adorate eum omnes Angeli eius, *quod de Angelis ad Christum descendentibus explicat Hugo Cardinalis ex ad Colossens. 1. Ipse est caput omnis potestatis, & principatus, sed membra caput adorant, ergo. Rationes suppetunt nō paucæ. nam 1. si cum natus est orbis, Deum laudarunt, & coluerunt* Angeli *iuxta relata à S. Luca c. 2. par erat, vt cum natus est ex Virgine purissima Deus homo, tanto maiori laude cum afficerent, quanto sublimius, atque præstantius opus est Dei hominis natiuitas, quam mundi creatio: dicitur à Iob. cap. 38.* Quis demisit lapidem angularem eius; *idest terræ,* vbi eras, cum me laudarent astra

Sic autem, & quod natum est ex ipso Pater erit tuus, & quod nascetur ex te erit eius: vt tamen non sint duo filij, sed vnus. Et licet aliquid quidem ex te, aliud ex illo sit, iam non tamen cuiusq; suus, sed vnus vtriusq; erit filius. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Attende quæso quàm reuerenter dixerit, quod nascetur ex te sanctum. Vt quid enim ita simpliciter sanctū, & absq; additamento? Credo, quia non habuit quid proprie, digneue nominaret. Illud eximium, illud magnificū, illud reuerendum, quod de purissima videlicet virgines carne cum sua Anima vnico Patris, erat viuendum. Si diceret sācta caro, vel sanctus Homo, vel sanctus Infans, quicquid tale poneret parū sibi dixisse videretur. Posuit ergo indefinite sanctū, quia quicquid illud sit, quod virgo genuit, sanctum proculdubio, ac singulariter sanctū fuit, & per spiritus sanctificationem, & per verbi assūptionem.

astra matutina; *idest Angeli. Orbe nascente iubilarunt Angeli, quid ni iubilarent, cum Deus lapidem angularem, ac fundamentalem Christum in fundamentum Ecclesiæ demittebat? præsertim cum ex Melliflui sententia illos nobiliori redemptionis genere decorarit, puros videlicet cōseruando ne caderent, dum homines venit redempturus, vt resurgant. Itaque concludendum cum Gregorio cap. 38. in Iob. Angeli vt nos ad laudem conditoris accenderent, orta per carnem luce clamarunt Gloria in excelsis Deo.*

Potest addi secunda ratio ex August. ser. 58. de tempore, Damasceno 4. de fide cap. 3. si Regem nudum Angeli coluerunt, vt dictū est, cur non etiam vestitum?

Denique clauditur conciliorum decretis Synodi 5. Constantinopol. collat. 8. cap. 9. Comminatis anathema ei, qui dixerit: Christum in duabus naturis adorari. *Alexandrini definientis, Christū vna adoratione cum carne adorandū.*

Hunc eundem sensum inculcat diuersis in locis Mellifl. sed in apposito præsertim, in quo Christi sanctitatem diuina potius, quam artificiali rethorica cōmendat. relinquit enim nobis hoc argumentū conficiendum. quod nascetur ex te, & quod natum est ex patre erit vnus vtriusque filius, ergo eodem cultu colendus.

Dices cum de Lugo. Angeli

adorauerunt Verbum ante Incarnationem cultu latriæ, ergo non potuerũt illud adorare eodem cultu post Incarnationem. prob. sequela, quia idem actus non potuit terminari ad obiecta diuersa. Resp. Non potuerunt adorare eodem actu numero conc. diuerso, sed eiusdem speciei nego.

Text. 7.

Ex serm. contra vitium ingratitudinis.

Ne ipso quidem tremendo Angelis participare verẽtur dominici corporis Sacramento.

Ex serm. 48. in Cant.

Hæc nempe data de illa arbore similitudo facit, vt videatur habere superiorem qui parem non habet. Quid dicemus ad hæc? Fateor parua laus, quoniam parui laus. Non enim hoc loco prædicatur magnus Dominus, & laudabilis nimis, sed paruus Dominus, & amabilis nimis, paruulus vtique, qui natus est nobis. Ergo non maiestas attollitur hic, sed commẽdatur humilitas, digneque, ac rationabiliter, quod infirmum, & stultum

RESOLVT. III.

Angeli etiam Christum adorãt in Eucharistia latentem. docet hãc appositus. sed colligitur ex vers. 3 cap. 8. Apocal. vbi dicitur: Et alius Angelus venit, & stetit ante Altare, habens thuribulum aureum, & data sunt ei incensa multa, &c. *Quem locum licet Aureolus ad S. DamasumPapam, Viegas vero adChristum referãt, tamen mystica sunt, nec congrue satis cum litera cohærent. Vnde Angelum verum asserunt* Aretas, *Ribera, Alcazar, & alij, colligẽtes Angelos adstare Sacerdoti celebranti, sicut refert Ioann. Moschus cap. 4. Prati Spiritualis de* Abbate *Leontio, quod ingressus Ecclesiam ad celebrandum viderit Angelum astantem* Altari, *& dicentem:* Ex quo hoc sanctificatum est, ego iugiter illi astare iussus sum. *Nec solum astare Sacerdoti celebranti, vt ipsum erudiat, & instruat, sed insuper ipsam* Eucharistiam *ministrare. Sicut de facto* Angelum *ministrasse Marco*

eſt Dei, hominum fortitudini, & ſapientiæ antefertur.

co Monacho teſtatur Sozomenus lib.9. cap. 29. S. Onuphrio ſimiliter ſingulis Dominicis Angelum Sacram Synaxim detuliſſe legitur in vitis Patrum, & idem de aliis non paucis.

Text. 8.

Ex tract. de Humilitate cap. 4.

Plenus ergo ſapientia, & perfectus decore, altiora te ne quęſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Sta in te, ne cades à te, ſi ambulas in magnis, & in mirabilibus ſuper te. Sed quid interim ex obliquo intendis ad Aquilonem? Iam te video, iam te perſpicio, neſcio quæ ſupra te curioſius alta rimãtem. Ponam, inquis, ſedem meam ad Aquilonem. Cæteris aſtantibus cœlicolis, dum tu ſolus ſedere affectas fratrum concordiam, totius cœleſtis patriæ pacem, ipſius, quãtum in te eſt, quietem Trinitatis infeſtas. Quo te tua miſer curioſitas ducit vt præſumptione ſingulari non dubites ciuibus ſcandalum, iniuriam facere regi? Milia milium miniſtrant ei,

RESOLVT. IV.

Dæmones nõ adorant, ſed turbant quantum per ipſos ſtat Sanctiſs. Trinitatis vnitatem. hanc optime deſcribit Mellifluus in appoſ. Sed quomodo turbare nitatur deſcribit Auguſt. tract. 42. in Ioann. vbi habet: Quomodo Deus Pater genuit Filium veritatem: ſic diabolus lapſus, genuit mendacium. *Itaque generatio dæmonis, qua mendacium filium gignit, ſublimiſſimam Verbi generationem, qua veritas gignitur, ſi nõ deturpat offendit, ſi non culpat lædit. Turpiſſima igitur mendacij generatione, Diuinam Verbi generationem, & exinde auguſtiſſimum Sanctiſs. Trinitatis myſterium opacare nititur, & confundere, modo Verbi generationem, modo Spiritus Sancti proceſſionem, nunc per fallaces artes ſuas. nunc per fallaces miniſtros ſuos conatus proſcribere, adhuc non quieſcit, ſed Religioſorum, & piorum mentes huius myſterij ſanctiſſima Fide ſpoliare conatur. Merito proinde Chriſtus Deus incredulis pernicaciter Iudæis cœli doctrinã reſpuentibus, ſic dure loquitur. Vos*

& decies centena millia aſſiſtunt ei, vbi nemo ſedere perhibetur, niſi ſolus is, qui ſedet ſuper Cherubim, cui à cęteris miniſtratur,& tu neſcio, quæ præ cæteris perſpiciendo differentius, curioſius inquirendo, irruerẽtius peruadendo, ſedem tibi collocas in cęlo, vt ſis ſimilis Altiſſimo?

Vos ex Patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis perficere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia nõ eſt veritas in eo: cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax eſt,& Pater eius. & *quamuis per, ly, diabolus Auguſt. Cainum, Epiphan. hæreſ.* 38. *Iudam intellexerint de Lucifero tamen diabolorum,principe. D.Ambroſ. lib.* 4. *in Lucam, Chriſtum fuiſſe loquutum contendit.*

PARS QVARTA.

De ſpectantibus ad tertium inſtans Proluſio.



Roh Deus! quam diſcors intra tam breues viæ morulas ab vniformi introitu ad exitũ diſtantia. Eodem partu genitos, eodem probatos prælio, diſcernit Nemeſis, Aſtræa ſegregat, victos deprimens, victores erigens, illos oblitura ſemper; cum iſtis perpetuis temporibus regnatura. Liceat iam vos affari cum Michaele Syncello. Auete Angeli iuſtiſſimi, lucis ſpeciem habentes, fulguranti habitu, ſceptra tenentes, tertia Dei nouiſſimaq; diſtinctia lumina, &c. *Sed Bernardi ſtylo examinandus occurrit huius prælij fructus, & exitus.*

Doctr. Mellifl. pro Art. I.
Text. I.

Ex serm. I. *de S. Michaeli. num.* I.

Angelorum hodie memoria celebratur, & exigitis debitum pro tanta solennitate sermonem. Sed quid de Angelicis spiritibus viles loquantur vermiculi? Credimus sane, & indubitata fide tenemus diuina eos præsentia, & visione beatos sine fine lætari in bonis Domini, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

Ex serm. 2. *in illud ad Romanos cap.* 14. *Non est Regnum Dei esca, nec potus.*

Sic Angelicus ille conuẽtus prius iustitiam fecit cũ stetit in veritate, & veritatis deseruit desertorem. post hæc illa pace firmati sunt, quæ exuperat omnem sensum. Nullus qui murmuret, qui inuident nullus.

ART. I.

Quis fuerit terminus Angelorum certantium.

Bellantium iura licet semper opposita, vndequaque tamen iustu nonnunquam esse contingit. Angelica vero prælia perduellionum ausu nefando inchoata, in eorum perniciem necesse est consummari. Itaque completo duabus morulis concesso totius Angelicæ viæ curriculo, quis fuerit certantium terminus sequens doctrina veraciter indicabit. pro quo sit.

RESOLVTIO I.

Angeli boni qui restiterunt Lucifero, & consummarunt in secundo instanti cum viæ cursu merita: inamissibilem Dei visionem sunt assequuti in instanti sequenti, & proportionatum suis meritis beatitudinis gradum. probatur ex eisdem scripturis, & iisdem rationibus, quibus euincitur homines iustos ad supernaturalem gloriam admitti si in innocẽtia moriantur. eadem enim est hominis & Angeli ratio. Sap. 5. Apud Dominum est merces eorum: *Matt.* 5. Merces vestra copiosa est in Cœlis: 1. *ad Corinth.* 3. *vnusquisque propriã, &c. quibus addi possunt appositi text. in quibus sufficienter reso-*

Ex serm.72. in Cant.

Iam Sancti Angelis dies sanctificatus illuxit, spirans illis iugi impetu perpetis meatus mellislua sempiternę Diuinitatis arcana. Deniq; fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei.

Text. 2.

ex ser.8. in psal.90.

Et tunc demum in illos fœtores, in illos horrores, in illos æterni incendij cruciatus, in illas denique immortalis mortis miserias ge merent esse damnatos, ibi enim, inquit erit fletus, & stridore dentiū. fletus quidem ob ignem, qui non extinguitur stridor ob vermē, qui nō moritur plane fletus ex dolore, stridor dentium ex furore.

Text. 3.

Ex serm.1. Aduentus.

Lucifer ille, qui mane oriebatur præcipitatus illico corruit. quoniam zela-

solutionem probat, & Angelorum explicat beatitudinem.

Hæc autem ab impiorum expulsione fuit auspicanda, quia licet malignus conuictor rubiginem non affricet suam, attamen intolerabilis est bonis malorum aspectus creber. nec propter hoc solum improbis non conuiuunt probi, sed vlterius quia vnius vitiosi nomine totū describitur contubernium: splendor infuscatur, innocentia maculatur, & ipsamet virtus inculpatur alienæ fœlicitatis elogio. hinc abscessu Iudæ clarificatum fuisse Christum, narrat Ioan.cap. 13. cuius rationem reddens Origenes, post euenientia, *inquit*, ex prodigijs, necnon ex transfiguratione præconia, initium glorificandi filij hominis fuit exitus Iudæ à loco vbi morabatur Iesus. *Igitur à separatione malorum a bonis: bonorum gloria fuit inchoata, hanc separationem, & illius damna consequentia eleganter describit Mellifluus in textu sub n. 2. apposito, qui licet de futuro iudicio loquutus, illam tamen Angelorum separationem, quæ præludium fuit futuræ, genuinis coloribus explicat.*

RESOLVT. II.

Lucifer peracto cursu duorum instantium iniquitateque completa non valens vlterius Michaeli resistere in centrum terræ præcipitatus

uit pro filio pater, & opere dixisse videtur mihi vindictam, & ego retribuam continuo videbam Satanam tāquam fulgur cadentem de Cœlo.

Text. 2.

Ex serm. 69. *in Cant.*

Vis videre furoris filium. Si vidisti Satana tamquam fulgur de Cœlo cadentem, quod est in impetu furoris præcipitatum, & cognouisti de furore Dei. Denique non est recordatus misericordiæ suæ.

Ex ser. 3. *in Isaiam.*

Tu vero habuisti miser lucem, sed ardorem non habuisti. Bonum erat tibi si ignifer magis esses, quam Lucifer, nec immoderato appetitu lucendi, vt eras frigidus ipse, frigidam quoque eligeres regionem. Dixisti enim. Ascendam super altitudinem nubium, sedebo in lateribus Aquilonis. Quid festinas mane oriri Lucifer? quid gloriari super sidera, quibus aliquādo clarius rutilare videris?

tus est. priusquam probetur supponendum est dari hunc locum centri (Infernus) ab Ecclesia communi vsu nuncupatum. Eum negarunt Athei, deinde Marcionitæ apud Tertullianum, postea Albigenses, denique Caluinus, Lutherus, Beza, sed contra illos prob. 1. *ex psal.* 4. Sicut oues in inferno positi sunt. *psal.* 93. nisi quia Dominus adiuuit me paulominus, habitasset in inferno anima mea *Isai.* 33. præparata est ab heri Tophetæ. *idest locus supplicij, in quo Iudæi filios suos Idolo Moloch comburebant. Lucæ.* sepultus est in inferno. *Illum præterea agnoscunt orthodoxi Patres Tertull. in Apolog. c.* 11. *&* 40. *August. lib.* 21. *de ciuit. cap.* 11. *Chrysost. oration. in* 2. *Aduentum Domini. Ratio id postulat, nam alias Deus esset iniustus, non habens, vbi posset crimina, & peccata punire, propter quod Gentiles Infernum receperunt, & malis intimarunt, vt videre datur apud Platonem in Gorgia sub finem, & in phædone sub medium. apud Trismegistrum cap.* 10. *Asclepij, & cap.* 1. *Pymandri, Mellifluus autem de inferno frequenter mentionem facit. modo tamen sufficiant appositi, quibus probatur in infernum Luciferum fuisse demersum,*

Doctr. Mellifl. pro Art. 2. *Text.* 1.

Ex Serm. 23. *in Cant.*

Sed est locus vbi vere quiescens, & quietus cernitur Deus, locus omnino non iudicis, non magistri, sed spõsi, & qui mihi quidem (nam de alijs nescio) plane cubiculum sit, si quãdo in illum contigerit introduci. Sed heu rara hora, & parua mora. Clara ibi agnoscitur misericordia Domini ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum. Et fœlix qui dicere potest. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientiũ mandata tua. Stat propositum Dei, stat sententia pacis super timentes eum, ipsorum, & dissimulans mala, & remunerans bona, vt miro modo eis, non modo bona, sed & mala cooperentur in bonũ. O solus vere Beatus cui non imputauit Dominus peccatum. Nam qui non habuerit peccatum, nemo. Omnes enim peccauerunt, & omnes egent gloria

ART. II.

Qualis sit Paradisi locus, & Inferni, & vbi.

RESOLVTIO

Paradisus est in Cœlo Empyreo.

Mihi ingenio rudi, & cœlestibus inassueto, ad Paradisi tam locum, quam loci prærogatiuas explicandas suppetias auxiliares aduocare necesse est, sine quibus minimum illius caracterem effingere, vel formare negatur. vtar igitur Pererij calamo lib. 1. *in Genes. hæc scribentis. Cœlum Epyreum Theologi affirmant, esse corpus totius mundi altissimum, & amplissimum, penitus immobile, & impassibile totum lucens, à principio creatum plenum, ornatumque atq; distinctum nouem Angelorum ordinibus, & diuinæ potentiæ claritate, atque maiestate supra quam dici, aut etiam cogitari possit decorari, atque illustrari. Hic Deũ suam essentiam clarissime videndã Beatis mentibus aperire. huc euolare iustorum animos corpore solutos, nullaque peccati macula infectos: hic denique post resurrectionem, omnes Iustos simul cum corporibus suis commoraturos. Putant etiam cælum hoc significari à Scriptura, quoties dicit:* Cœlũ Cœli, *vel* Cœli Cœlorum. *Atque*

Dei. Quis accusabit tamen aduersus electos Dei? Sufficit mihi ad omnem iustitiã solum habere propitium cui soli peccaui. Omne quod mihi ipse non imputare decreuerit, sic est quasi nõ fuerit. Non peccare, Dei iustitia est: hominis iustitia, indulgentia Dei. Vidi hæc, & intellexi illius sententiæ veritatẽ. Omnis qui natus est ex Deo non peccat, quia generatio cœlestis seruat eum. Generatio cœlesti, æterna prædestinatio est, qua electos suos Deus dilexit, & gratificauit in dilecto filio suo ante mundi constitutionem, sic in sancto apparentes sibi, vt viderent virtutem suam, & gloriam suam, quo eius forent consortes hæreditatis, cuius & apparent conformes imaginis. Hos ergo aduerti quasi nunquã peccasse, quoniam & si qua deliquisse videntur in tempore, non apparent in æternitate: quia charitas patris ipsorum cooperit multitudinem peccatorum, &c.

que hoc cœlum, Damasc. lib.2. de Fide Orthodoxa, cap.6. existimat esse tertium illud cœlum, ad quod Paul. 2. ad Corinth. 12. Raptum se esse dicit; vt per primum cœlũ, intelligatur aereum; per secundũ, id omne quod est sydereum; & per tertium vero Empyreum ipsum, quod etiam in scriptura vocatur terra viuentium, & regio viuorũ, iuxta illud Psalm. 141. Portio mea sit in terra viuentium: & *Psalm.* 114. Placebo Domino in regione viuorum. *Quin etiam simpliciter dicitur terra,* Matt. 5. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. *Primo quidem eo quod sit sicut terra immobile. Secundo vero eo, quod sit futurum sedes beatorum, sicut nunc terra mortalium est domicilium. Quod autem Moyses hoc nomine Cœli Empirei creationem intelligi voluerit. docent vniformiter Doctores* Ecclesiæ. *Beda in hexameronicus breui quidem sed aureo libello perperã Iunilij* Afri *inscriptione notato. Hieron. laudat huius sententiæ suffragatorem. Basil. in 2. & 3. hom. super Genes. affirmans superius firmamento hoc esse in quo Angeli cum beatis versantur. similia scribit Theodoretus q.* 11. & 14. *in Genes. Diodorus Episc. Tharsens. relatus in catena Lippomani. Chrysost. Picus Mirandulan. in suo Heptaplo cap.* 1. & *alij, quibus assentitur Mellifluus in appositis.*

M 2 RE-

Text. 2.

Ex ser. 11. in psal. 90.

Dœmones in pendulo huius aeris vagi, ventosique vagantur.

Text. 3.

Ex tract. de humilitatis gradib.

Te ergo fluctuante inter Cœlum, & Terram (alloquitur Luciferũ) sedet Dominus super solium.

Ex serm. 54. in Cant.

A nubibus verò, & infrà dæmonũ habitatio est aere isto infimo, & caliginoso, in quibus non fallit sponsus, sed transilit illos, & præterit nec vllum in se retinent Dei transeuntis vestigium. Nam quomodo in diabolo vestras est, de quo in Euãgelijs veritatis sententia extat, quod in veritate non stetit, sed mendax extitit ab initio? Sed nec misericordem, quis dixerit eum, qui nihilominus ab initio homicida fuisse eadem ipsa Euangelij veritate conuincitur.

RESOLVTIO II.

Infernus est locus subterraneus Mellifl. ser. 2. assumpti.

Pro resol. ista nota D. Th. in supplemento ad 3. part. q. 97. art. 7. conformari August. cuius verba ex lib. 20. de ciuit. cap. 16. adducit, suntque huiusmodi: In qua parte mundi sit infernus scire neminem arbitror, nisi cui diuinus spiritus reuelauit, *in eandem fuisse sententiam D. Greg. ex lib. 4. dialogorum demonstrat, siquidem interrogatus super hac quæstione respondit se definire non audere. Celius Rodiginus lib. 10. Lection. antiq. cap 12. postquam pronunciauit, veritatem Christianam esse inferos asserere, enumerat inter negantes Plinium, Tullium, Orat. pro Cluentio. Senecam ad Martiam Lucret. 3. de natura 3. Pythagora apud Ouidium tandem ad inferni locum deueniens, hæc scribit. Ne quis forte Mercurium irridendum censeat, quod in Cæli terraque Meditullio suppliciorum statuere, videatur locum, sciat inferorum regionem, & ignis æterni sedem esse opinationis incertissima apud Christianæ veritatis assertores.*

Eius dictum approbat Abulens. in cap. 25. in Matt. q. 517. vbi affert. quasdam rationes probantes inferni locum esse in aere caliginoso; ad quam sententiam videtur accedere in duobus appositis Mellifl. Con-

Text. 4.

Ex serm. de transitu S. Malachiæ.

Denique iam Diabolo est paratus ignis, etsi nondum ille præcipitatus in ignem, modico adhuc tempore sinitur malignari.

Text. 5.

Ex serm. 54. in Cant.

A nubibus vero, & infra dœmonum habitatio est in aere isto infimo, & caliginoso in quibus non salit sponsus.

Confirmat hanc suam mentem in tertio, in quo videtur docere paratum quidem esse ignem diabolo, sed quod nondum in illum sit præcipitatus. Ne vero Mellifl. *suspectum habeas.*

Notandum est Patres nonnullos idem docuisse S. Fulgent. *lib. de Trinit. cap.* 8. *vbi habet.* Quædam pars Angelorum nolens, sui Creatoris facere voluntatem, ab eius contemplatione deiecta, seruatur in iudicio punienda. Petro Apost. dicente, eos in iudicium reseruari, *& statim subdit:* In huius aeris ima detrusi seruantur in iudicium puniendi. *D. Greg. 4. dialog. cap. 29. Dæmones* in fine, corporeo igne puniendos esse dicit. *Caiet. ad cap. 2. epist. 2. D. Petri eandem sententiam amplectitur. Ne vero plus æquo in hac difficultate immoremur, videtur hæc sententia, licet non contra fidem, tamen contra communem sensum Patrum; nam August. illam retractauit lib. 2. retract. cap. 24. Tertullian. qui in* Apolog *videtur illi fauere, clarius mentem suam explicat ca. 55. de anima. Hieron. in cap. 4. epist. ad* Ephes. *& ipsemet Plato inferos vocat gremium terræ in Phædone, quare cum Doctores conformiter conueniant, quod inferni locus sit vel centrum, vel centro locus vicinus: dico* Mellifluum *locutum fuisse de illis dæmonibus, qui ad exercitium hominum in caliginoso aere*

Ex Serm.7.de Assumptione.

Denique nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in Inferno Anima mea. Dico autem infernum inferiorum, vbi nulla cõfessio, vnde nemini datur exire. Cæterum etiam tunc, nec carcer illi deerat, nec infernus.

Doctr. Mellifl. pro Art. 3. Text. 1.

Si enim Angelus Angelo imperat, & inter iubentem, & obedientem summa manet concordia, videat ille, &c.

Ex serm.5. in Isaiam.

Seraphim stabant super illud. Nomen est Angelo-

aere reseruantur, vt docet Angelicus 1. p. q. 64. art.4. aerem caliginosum esse carcerem dæmonibus vsque ad diem iudicij, ex August. 3. super Genes. ad Lit. licet multi sint iam in centrum detrusi, quos sequuti sunt Daniel Molonius *in 2. sent. disp.19. Franc. Messanens. in aduertentijs ad tom. 4. S. Hieronymi quæsito 3. Vincent. Bellouacens. in specul. moral. l.2. de situ inferni, & acerbitate pœnarum illius.*

ART. III.

Quem gradum gloriæ in Cœlis, & quem pœnæ Lucifer in inferis obtinuerint.

Si gradus naturæ attenditur Angelus *hominem superat, quia intellectualis natura sublimior est quæcunque anima, eo quod naturæ substantiales sint substantiæ separatæ, animæ vero vel actu coniunctæ cum materia, vel saltem potentia sunt enim pars essentialis, dicens essentialem ordinem ad materiam. Dionys. c. 4. de Cæli hierarc. Gregor. hom. de 100. ouibus* August. *super Ioann.*

Idem dico, si gradus attendatur secundum officium custodiæ, quo funguntur Angeli, *qua ratione constat etiam illos esse dignio-*

res

rum summi, atque supremi, vt merito stare super cœteros describantur.

Ex cap 4. lib. 5. de Consid.

Nullaue inter illos spiritus, qui simpliciter dicuntur Angeli, & eos qui Archangeli nuncupatur distantia? quid sibi vult gradualis distinctio hæc.

Text. 2.

Ex serm. 4. de Assumptione.

Tempus loquendi est omni carni cum assumitur incarnati Verbi Mater in Cœlum, nec cessare debet a laudibus humana mortalitas: cum hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in Virgine. Sed de eius gloria, nec silere deuotio patitur, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Hinc est, quod & ipsi cœles-*tes custoditis. Ex Abulensi in Matth. c. 18. q. 6.*

Non sic tamen si considerentur vt consortes, & concives hominũ, nam sic sunt dignitate pares, ex Apocal. 19. Conseruus tuus sum; *dicit de se Angelus Ioanni prohibens volentem adorare.*

Sed si agatur de Angelis, quatenus sunt personæ sanctæ eleuatæ ad Dei visionem, & per merita propria Assumptæ ad supernaturalem Beatitudinem, de qua 1. ad Corinth. cap. 15. dicitur. Sicut Stella differt à stella, sic erit resurrectio mortuorũ. Merito quaritur ad quem gradũ peruenerint pro quo sit.

RESOLVT. I.

Diuersi sunt gradus gloriæ Angelorum pro diuersitate meritorũ. Nullus tamen ad gradum gloriæ peruenit, ad quem Sanctiss. Virgo Deipara.

Prima pars, docetur à Mellifluo in. appositis satis manifestè. Nam ordo dignitatis non habet locum nisi inter inæquales intra eandem spheram, vnde talis ordo negatur in diuinis, eo quod sint dignitate, & perfectione æquales. Cum ergo Mellifl. *admittat gradualem distinctionem perfectionis inter Angelos necesse est etiam, quod admittat gradus inter eorũ merita, & præmia: quod explicat Dionys. de Cœlesti Hierarch doces:*

stis curiæ principis in considerationeтate nouitatis clamant non sine admiratione : Quæ est ista, quę ascendit de deserto delicijs affluens? Ac si manifestius dicant : Quāta est hæc, & vnde ei ascendenti, vtique de deserto affluentia tanta deliciarum ? Nec enim pares inueniuntur delitię, vel in nobis, quos in ciuitate Domini lætificat fluminis impetus, qui à vultu gloriæ voluptatis, gloria petamur. Quæ est ista, quæ sub sole, vbi nihil est, nisi labor, & dolor, & afflictio spiritus, ascēdit delicijs spiritualibus affluens? Quid ni dilicias dixerim virginitatis decus, cum munere fœcunditatis, humilitatis insigne, distillantem charitatis fauū, misericordiæ viscera, plenitudinem gratiæ, prærogatiuam gloriæ singularis?

Text. 3.

Ex tract. de humilitatis gradibus de gradibus superbiæ.

Puto autem per Aquilonem, reprobandos homines *ces :* Angelos esse sicut Cœlos, quorum superiores inferiorum perfectionem continent.

Confirm. ex communi Theologorum sentent. quæ docet Angelis *datas fuisse diuersas gratias, iuxta cuiusque propriam perfectionem naturalem. Magist. in* 2. *d.*3 *cap.*2. *D.Thom.* 1. *par. quæst.*62. *artic.* 6. *pro quo D. Basil. lib. de Spiritu* Sancto *cap.*16. Neque enim (*inquit*) cœlorum virtutes suapte natura sanctæ sunt, sed iuxta portionem, qua se inuicem superant, à Spiritu habent sanctificationis mensuram. *Ex quibus sic discurro gloria proportionatur meritis gratiæ, sed gratia fuit in* Angelis *diuersa pro diuersitate perfectionis naturalis, ergo etiam gradus gloriæ respondent gradibus meritorum.*

Secunda pars prob. ex appositis, quibus additur hac ratio. Gradus gloriæ commensurantur virtutibus præsertim humilitati obedientiæ charitati, sed B. Virgo habuit actus harum omnium virtutum in gradu heroiço, & lōge intensiores actibus virtutum Angelorum, *ergo.*

RESOLVTIO II.

Aliquis ordo inter dæmones remanet in inferno prob. ex August. *cap.*9. *l.* 10. *de ciuitat. in quod coquæus animaduertendū (inquit) inter dæmones ipsos esse aliquem* or-

fuisse designatos: per sedem potestatem in illos. Quos vtique in præscientia Dei, quanto ei vicinior, tanto cæteris perspicacior præuidēs, nullo quidem sapientiæ radio coruscantes, nullo spiritus amore feruentes, velut vacuum repereris locum, affectasti super illos dominiū.

Text. 4.

Ex serm. 17. in Cant.

Accepit tamen Sathan regnum super omnes filios superbiæ factus princeps tenebrarum harum, vt regno humilitatis etiam superbia militet, dum in vno suo principatu tēporali, & tali multos humiles excelsos æternosque reges constituit. Iucundum iudicium, vt superbus ille humilium malleator, eisdem ipsis nesciens fabricet coronas perpetuas, impugnando omnes, & omnibus succumbendo. Siquidem vbique, & semper iudicabit Dominus populos, & saluos faciet filios pauperū, & humiliabit calumniatorē. Vbique, & semper defensa-

ordinem, quod alij alijs sint natura superiores cū ex singulis Angelorū ordinibus aliqui lapsi sint, & Christus comparauit hunc ordinem regno vnde actiones inferiorum subduntur quodammodo superioribus. hīc deducit August. ex Porphyrio quendam Chaldæum sacris præcibus, quæ intentationes dæmonum censendæ sunt, impeditum fuisse ab alio mago, ne sibi succederet; quod inuocatione dæmonum expectabat.

Confir. Bonauentu. in pharetra lib. 4. c. 50. sicut in domo Patris mansiones multæ sunt pro diuersitate virtutis, sic damnatos diuerso supplicio gehennæ ignibus subijcit disparilitas criminis posset obijci illud epist. Iudæ Apost. 6. Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum. *Sed responsio est ex D. Th. 1. p. q. 109. art. 1. & 2. quod in Angelis duplex ordo, & duplex prælatio attendi debet, vna gratiæ, altera naturæ. rursus ordo & prælatura secundum gradum gratiæ est duplex, videlicet gratiæ imperfectæ, siue inchoatæ; & perfectæ, quæ est gloria. in dæmonibus igitur ordo, & prælatura gloriæ nunquam fuerunt: gratiæ inchoatæ fuerunt aliquando in ordinibus Angelorum, sed ab ijs ceciderunt, si autem sit sermo de ordine, & prælatura naturæ, ordo & prælatura in eis manserunt, ita tamen quod non fundentur in propria illorum iusti-*

bit ſuos, propulſabit nocentes, & tollet virgam peccatorum, &c.

Doctr. Melliſl. pro Art. 4. *Text.* 1.

*Ex ſerm.*5. *in Iſaiam.*

Seraphim ſtantes, & aſtātes duabus alis caput velāt duabus pedes.

Et infra ibidem.

Seraphim ſtabant ſuper nomen eſt ordinis Angelorum ſummi, atque ſupremi, vt merito ſtare ſuper cæteros deſcribantur, & ipſi tamen quamuis cæteris præſtent, aſtant nihilominus Domino præſidenti, deuotum, vtique miniſterium, & plenum reuerentiæ obſequium exhibentes.

*Ex ſerm.*5. *in Iſaiam.*

Sanè Angelica ſtatio miniſtratio eſt, dicente propheta: Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Nam hominis quidem ſtare, per*tia, ſed Dei omnia ordinantis. merito igitur Melliſluus Luciferum dicit ſuum ſeruaſſe Principatum.*

ART. IV.

Vtrum admittenda ſit diſtinctio Angelorum in aſſiſtentes, & miniſtrantes.

Ly, aſſiſtere Deo, dupliciter ſumitur. aliquando pro frui præſentia, eiuſque faciem contemplari, quo ſenſu omnibus conuenit aſſiſtere, etiam Angelis infimi ordinis iuxta illud Chriſti Angeli eorum ſemper vident faciem Patris, *& Raphaelis ad Tobiam.* Ego ſum vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Deum; *proprie vero dicuntur Aſſiſtentes, qui immediate illuminantur à Deo, & ſic aſſiſtere idem eſt, ac videre in verbo, & inde notitiam agendorum haurire: nec mitti in terras ad exequenda iniuncta miniſteria. ſit igitur.*

RESOLVTIO

Angelorum alij ſunt aſſiſtentes, alij miniſtrantes: eſt expreſſa in Danielis 7. millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei: *eam amplectun-*

ſiſtere eſt in vigore animi, & obſeruation e propoſiti. Sic Moyſes ſtetit in confractione, & in conſpectu Domini, vt auerteret iam eius: ſic ſtetit Phinees, & placauit. Seraphim ſtabant ſuper illud.

Doctr. Mellifl. pro Art.5. Text. 1.

Ex lib.5. cap.3. de Conſid.

Putemus Dominationes adeo cunctis ſupereminere præfatis ordinibus, vt reſpectu horum cæteri videantur omnes adminiſtratorij ſpiritus, & ad iſtos tamquam ad Dominos referri regimina principatuum, tutamina Poteſtatũ, operationes Virtutum, reuelationes Archãgelorum, curam, & prouidẽtiam Angelorum.

Ex ſerm.1. de S. Michaele.

Teſtatur denique Apoſtolus ipſe, qui raptus vſque ad tertium cælum beatæ illi curiæ meruit intereſſe, atq; eius noſſe ſecreta, quã omnes adminiſtratorij ſunt ſpi-

ctuntur ante Mellifl. Dionyſ. 7. cap. Cæleſt. hierarch. Tertullian. lib. aduerſus praxeam; Gregor. 17. moral. cap. 9: Rupertus in Daniel. c. 13. & poſt ipſum omnes ſcholaſtici. hac, difficultatem ſpecialem non continent cum in reſolutione omnes conueniant: neque enim illam fruſtra Spiritus ſanctus per Danielem docuiſſet.

ART. V.

Qui ordines dicantur, & ſint vere Aſſiſtentes.

Sanctus Thomas enumerat duntaxat tres primę hierarchię inter aſſiſtentes: D. Dionyſius addit quartũ nempe dominationes: cum quo ſit.

RESOLVTIO I.

Angeli Aſſiſtentes ex Mellifluo ſunt quatuor illi ordines, quos numerat D. Dionyſi.

Prob. ratione D. Th. Iuxta legem ordinariam illi tantum mittuntur, quorum nomina deſignant aliquod exercitium ad creaturas ordinatum: illi vero aſſiſtunt, qui in Dei contemplationem ex propria nominis ſignificatione noſcuntur aſſurgere, & ab eodem illuminationes accipere. 1. par. q. 112. art. 3. ſed quinque inferiores deſignant aliquod exercitium ordina-

ritus, missi in ministerium propter eos, qui hæreditatē capiunt salutis. Neque id cuiquam incredibile videatur, quandoquidem ipse quoq; Creator, & Rex Angelorum venit nō ministrari, sed ministrare, & animam suam dare pro multis. Vt quid ergo ministerium illud Angelorum quispiam dedignetur, de quo præcedit eos cui in excelsis tota cum auiditate, & fœlicitate ministrāt? Si & hinc dubitas, vtique qui vidit, testimonium perhibuit. Millia, inquiens, millium ministrabant ei, & decies centena millia assistēbant ei. Alius quoque Propheta ad Patrem de filio loquens, ait. Minuisti eum paulominus ab Angelis. Sic plane, sic decet, vt vincat, & humilitate, qui sublimitate vincebat, sitque tanto minor Angelis, quanto inferiori sese ministerio mācipauit: cui tanto excellentior est, quanto differentius præ eis nomen hæreditauit.

tum ad creaturas ex proprio nomine; alij vero quatuor indicant illos in Dei contemplationem assurgere. ergo minor ex textu ponderandum est, quod per se satis patet.

Dices ex epist. ad hebræ. 1. omnes Angeli sunt administratorij spiritus, &c.

Resp. 1. Scotus docet etiā assistentes mitti missione visibili, sed non ita frequenter sicut cęteri. videtur tamen Mellifluus in contrarium, dum docet proprium Dei hoc esse, quod inferiora per superiora moderetur vid. ser. 78. in cāt. Bonau. in 2. d. 10. q. 1. in corpor. vt conciliet dictum Daniel. cit. art. præc. cum Dionys. cap. 13. de Cæl. hierarch. docente: quod suprema agmina ab intimis nunquam recedunt, quia ea quæ prǽeminent vsū exterioris officij nunquam habent; *admittit missionem visibilem vnam, & inuisibilem aliam, conceditque assistentes mitti missione inuisibili, & sic omnes mitti, quod Daniel intendit.*

Alij apud Perrerium admittūt missionem immediatam, quæ solis inferioribus competit, & mediatam, quæ etiam superioribus, nam illi acceptas à Deo reuelationes inferioribus reuelant, isti hominibus, & sic, isti immediate, illi mediatè.

Dices intellectus Angelicus est finitus, & limitatus, ergo nō potest

test simul ferri ad opposita, ergo non mittitur, quia intentus creaturæ auerteretur à Deo.

RESOLVT. II.

Ex cap. 3. lib. 5. de Consid.

Ad quid enim cœlestium nomina innotuerunt, si ne inopinari quidem salua fide aliquid licet de rebus quarum nomina sunt? Angeli, Archangeli, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubin, & Seraphin, hæc nomina. Quæ significata eorũ? Nullane inter illos spiritus, qui simpliciter Angeli, & eos, qui Archangeli nuncupantur, distantia?

Inter dæmones ordo naturæ perseuerat, non tamen gratiæ. Colligitur ab Abulensi ex 3. cap. Scilicet ex parta naturæ suæ: ex parte Diuinæ sapientiæ, & ex parte iniquitatis propriæ. Subijciuntur minores maioribus, vt hominibus noceant, non autem, vt beatitudinem assequantur, porro inter illos dantur assistentes nonnulli, & alij ministrantes, nõ quod talis differentia sit à natura, vel à gratia, sed quia cum inuideant Deo, & hominibus, ordinem à Deo præscriptum in Ecclesia ex inuidia student imitari, vnde & in Sãctorum fastis narratur principem Luciferum comitia conuocare, & in illis nobiliores sibi assistere, vt cœlestis hierarchiæ pulchritudinẽ imitentur. vt loquitur text.

ART. VI.

Vtrum Angeli possint per aliquod ministerium à Deo separari, & diuina visione priuari.

Doctr. Mellifl. pro Art. 6. Text. 1.

Ex serm. 5. in Cant.

Illud autem scitote, nullũ creatorum spirituum per se nostris mentibus applicat, vt videlicet nullo mediante

Celebrem illam sententiam docentem formalem beatitudinem in in-

suiue corporis instrumento, ita nobis immisceatur, & infundatur, quo eius participatione docti, siuè doctiores vel boni, siuè meliores efficiamur, &c.

ex serm. 11. in psal. 90.

Quæ verò sunt Sanctorum Angelorum viæ? Profectò illæ, quas Dominus enarrauit, dicens. Videbitis Angelos ascendentes, & descẽdẽtes super filium hominis. Ascẽtio igitur, & descentio viæ illorum. Ascentio propter se; descentio propter nos. Sic Beati illi spiritus ascendunt per contemplationem Dei, descendunt per compassionem tui; Ascendunt ad vultum eius, descẽdunt ad nutum eius; quoniam Angelis suis mãdauit de te. Nec tamen, vel descendendo visione gloriæ fraudantur, quia semper vident faciem Patris.

intimo quodam essentiæ diuinæ in animam illapsu reponendam esse, quamuis Molina cũ nonnullis alijs censura dignam existimarint, Vasqües tamen immunem ab omni labe pronuntiat. Non enim sicut sentit Molina, Henricus dicit, beatitudinem formalem esse solum illapsum Dei in animas nostras, excludendo omnem operationem cuiuscunque facultatis beatorum, siquidem diuersis verbis asserit beatitudinem formalem creaturæ, esse aliquam operationem tam intellectus, quam voluntatis. Nec etiam dicit illapsum Dei in animam esse beatitudinem formalem, sed solum dicit Deum, qui est obiectum beatitudinis, illabi reipsa in substantiam animæ eam intimè penetrando, ac mediante anima in potentias, vt patet legenti illius text. quolib. 13. q. 12.

Eius doctrina sic explicata, mihi videtur desumpta ex Mellifluo. ex appositis, nam ex 1. colligit Eminentiss. Bona cap. 10. de discretione spirituum. Solum Deum omnia cordis penetralia, & recessus intima sua virtute scrutari, solum animæ inesse replens in bonis desiderium eius. Illabi enim (inquit) & inesse alicui vt Seraphinus doctor ait in 2. disp. 8. p. 2. q. 2. importat, quod sit intimum illi, & intimè in eo operetur; nihil autem tale reperitur respectu animæ nisi solus Deus, ideo solus illabi animæ potest spiritus diuinus

qui

Text. 2.

Ex lib. 5. *cap.* 5. *de Consid.*

Adsunt Angeli, & Archãgeli, sed ille (nempe Deus) germanior nobis, qui non modo adest, sed inest. Quod si dicas posse inesse, & Angelum, non inficior. Memini scriptum: Et Angelus qui loquebatur in me. Atqui differentia, & in hoc. Inest Angelus suggerens bona, non ingerens: inest hortaus ad bonũ, non bonum creãs. Deus sic inest, vt efficiat, vt infundat, vel potius, vt infundatur, & participetur. Ita vt vnũ proinde cum nostro spirtum esse dicere, quis nõ timuerit, & si non vnam personam, vnamue substantiam. Habes enim: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est.

Text. 3.

Ex cap. 10. *ad Haymeric.*

O amor sanctus, & castus. O pura, & defæcata intentio voluntatis, eo certe defœcatior, & purior, quo in ea de proprio nil iam admixtũ relinquitur: eo suauior, *qui est finis vltimus, & summum bonum ipsius; confirmat autem minorem ex text. 2. ex quo patet illapsum hunc Dei in beatos non excludere operationem intellectus & voluntatis, sed includere, & ad eam ordinari: pondera singulas voces textus, & preçipuè vltimam,* Deus inest animæ vt vita. *quia sic illapsus, principium est operationum supernaturalium, quas beati eliciunt.*

Efficaciter non minus hunc illapsum describit in textu 3. in quo agens de 4. gradu amoris. amori tribuit hunc illapsum per quem beatus quodammodo deificatus, nihil habet de proprio, nisi substãtiam, formam autem gloriam & potentiam habet alienam, idest à Deo eundem discursum corroborat in tract. de vita solitaria, quod prolixitatis euitãdæ gratia, lubens pretereo, patet itaque ex his qualis debeat esse ad propositam difficultatem.

RESOLVTIO.

Angelus non potest à Dei visione, & amore diuelli, vel cessare à quo beatam illam visionem, semel est assequutus.

Prob. Ex præmissis sit discurrendo beatus Angelus habet Deũ intimum animæ, & potentijs, estq; illarum veluti vita super naturalis, ergo quocumque se transferant semper illa visione, & obiecti, visi

& dulcior, quo totum diuinum est, quod sentitur. Sic affici, deificari est. Quomodo stilla aquæ modica multo infusa vino, deficere à se tota videtur, dum & saporẽ vini induit, & colorem, & quomodo ferrum ignitum, & candens, igni simillimum fit, pristina propriaque forma exutum, & quomodo solis luce perfusus aer, in eandem transformatur luminis claritatem, adeo vt non tam illuminatus, quã ipsum lumen esse videatur: sic omnem tunc in sanctis humanã affectionem, quodam ineffabili modo necesse erit à semetipsa liquescere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem. Alioquin quomodo omnia in omnibus erit Deus; si in homine de homine quicquam superierit? Manebit quidem substantia, sed in alia forma, alia gloria, aliaque potentia. Quando hoc erit? Quis hoc videbit? Quis possidebit? Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Domine Deus meus, &c.

si perpetuo amore fruuntur.

Confir. à D. Gregor. hom. 34. in Euangel. vbi habet hoc quoque de ipsis agminibus, quæ mittuntur certum tenemus, quia & cum ad nos veniunt, sic exterius implens ministerium, vt tamen nunquam desint interius per contemplationem, nam quacumque mittantur, intra Deum currunt.

Intra Deum currunt (inquit) quia Deus non solum est præsens, & intimus Angelis beatis per influxum, siue illapsum communem rebus omnibus quibus eas conseruat, sed nobiliori quodam illapsu per amorem sicut amicus in amico ipsum penetrans conseruant, & mouens iuxta illud, qui manet in me, & ego in eo hic fert fructum multum.

Dices hanc doctrinam videri cõtrariã definitioni Benedicti XI. Resp. negando subsumptum, quia illapsus, nec non ponit formalem beatitudinem in aliqua substantiali vnione animæ cum Deo. Quæ in Christo solo conceditur. Neque in vnione occidentali substantiæ animæ abstrahendo ab vnione per ope rationem, qui fuerunt errores Rustrocby à Benedicto XI. damnati. Qui dicebat Beatos videntes Deum, sic absorberi à Deo, vt esse suum amittant, & in esse ideale diuinum redeant, hoc non docet Bernardus, sed sic Deum fieri intimum Beato, vt in eo nihil appareat nisi diuinę dispositiones,

Ex cap.3. de Amore Dei.

Nimirum amor est, qui amatur, qui ex magna bonitatis suæ affluentia, & natura; Amantes, & coamantes gaudentes, & congaudentes pari implet gratia licet dispari mensura, &c.

Ex cap.4. eiusdem.

Et ò fœlicem, & fœlicissima animam, quæ Deo sic à Deo meretur affici, vt per vnitatem spiritus in Deo solum amet Deum, non solũ aliquod priuatum, nec nisi in Deo amet seipsum, & Deus in ipso amet, vel approbet, quod amare, vel approbare debet Deus, idest seipsum, &c.

nes. Manet (*inquit*) substantia: *sicut ferrum, &c.*

Dices Doctores nullam admittere vnionem Dei cum Beato, nisi eam, quæ fit per gratiam. Resp. Hunc illapsum non dari, nisi in habentibus gratiam, & licet scholastici, altam vnionem non admittant, aliter tamen loquuntur mystici, qui per praxim, & experientiam multa norunt, quæ speculatio non attingit, iuxta dictũ Gregor. relatum à Mellifl. ser. de diligendo Deo. Amor ipse notitia est, propterea vnionem, quæ fit per gratiam, vocant præcipuam scholastici. Quia illa est præcipua ab illis cognita, non à Beatis per experientiam probata.

Concludo igitur, quod si Angeli ex solo illapsu, qui habetur per gratiam, non possunt à Diuina præsentia remoueri, quanto magis hoc posito per quem Deus constituitur intimissimus? Bene igitur concludit noster Mellifluus serm. 11. de 11. versu: Ascendunt ad vultum eius, descendunt ad nutũ eius, nec tamen, vel descendendo visione gloriæ fraudantur, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris. Possem addere, quod sicut in illorum sententia, qui existimant damnatos egredi nonnunquam ab Inferno Deo permittente, secum etiam deferre ignẽ torquentem, quia ignis ille intimus est ipsorum substantiæ, eamque penetrat, vt docet Bonauen. & post

O illum

illum multi recentiores, quidni à fortiori, idem de Beatis existimandum.

Doctr. Mellifl. pro Art. 7. Text. 1.

Ex lib. 5. cap. 13. de Consid.

Quid est Deus? longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Quid inquis? Tenemus te quaternitatis, (quam abominatus es) professorem? Minime. Abominatus sum, & abominor. Visus sum protulisse plura, sed vnum est. Vnus Deus signatus est pro captu nostro, non pro suo statu. Diuisus est hic, non ille. Voces diuersæ, semitæ multæ, sed vnum per eas significatur, vnus quæritur. Non diuisiones substantiæ, in quaternario isto expressæ sunt, non dimensiones, quales in corporibus intuemur, non distinctio personalis, qualem in Trinitate adoramus, non numerus pro prelatum qualem personis ipsis inesse fatemur, & si non aliud à personis. Alioquin hoc singulum horũ video, quod qua-

ART. VII.

Vtrum intellectus Beati Angeli per ipsam visionem beatificam possit aliqua ratione distinguere attributa.

In dupl. sensu disputari potest: Primo de ipsamet visione beatifica: Secundo de visione, siue cognitione, quæ sit extra visionem beatificam. Vtraque excludit sententiam Scoti admittentis inter attributa, & essentiam distinctionem ex natura rei in 1. sent. d. 8. quæst. 4. hoc enim dato facile probabitur. Sed in sententia Melliflui, qui vt vidimus solam distinctionem rationis admittit, difficile est.

Partem affirmatiuam defendit Ægydius lib. 5. de visione quæ. 6. ab art. 8. estque eius hæc ratio. Vt fiat distinctio hæc per visionem, satis est si Beatus ipsa agnoscat attributa, vt virtualiter distinguibilia; sed hoc modo illa Angelus cognoscit visione ipsa: ergo. Maior videtur certa, min. prob. quia illa cognoscit, vt sunt, sunt autem virtute distinguibilia, ergo.

Con-

tuor simul hæc, quatuor ipsa quod singulum est. Nobis autem, quia non possumus cum Deo simplicitate contendere, dum contendimus apprehendere vnum occurrit veluti quadruplicatum. Facit hoc speculum, & ænigma, per quod solum interim videre datur. Cum autem videbimus facie ad faciem, videbimus sicuti est.

Text. 2.

Ex lib. 5. *cap.* 7. *de Consid.*

Multa dicuntur esse in Deo, & quidem sane, catholiceq; sed multa vnum. Alioquin si diuersa putemus, nō quaternitatem habueris, sed cētenitatem. Verbi causa: Dicimus magnum, bonum, iustum, & innumera talia; sed nisi omnia vnū in Deo, & cum Deo consideres, habebis multiplicem Deum. Mihi vero non deest, quod cogitem melius eiusmodi Deo tuo. Quæris quid? Mera simplicitas. Vero iudicio, natura simplex multiplici antefertur. Sic quod ad id respondere solent. Nō

Confirm. à Canariensi, Henric. quolib. 5. q. 1. & Caiet. disp. 13. ad 4. Primo quia Angelus videt in Deo quæ sunt formaliter in illo, sed in eo est ratio iustitiæ, & misericordiæ, vt diuersæ veritates: ergo potest eas distinguere.

Secundo ex Chrysost. in psal. 148. in illud Laudate Dominum de terra, vbi docet quosdam Angelos laudare Dei bonitatem quosdam maiestatem: ergo diligunt attributa, his tamen non obstantibus. sit

RESOLVT. I.

Ex authoritate apposita Mellifl. concludendum est Intellectum Angelicum, & Dei visione fruentem nulla ratione posse attributa distinguere. Suares dist. 54. sect. 2. n. 25. Metaphy. & lib. 1. de essentia Dei cap. 13. & lib. 5. de Trinit. cap. 4. Vasq. in 1. p. q. 19. disp. 118. Capreol. in 1. disp. 18. q. 4. art. 3.

Probant hanc quam dicunt veram esse sent. ex verbis ipsiusmet Mellifl. visus sum protulisse plura, sed vnum est, *quibus verbis docet apertè multitudinē actuum nostri intellectus oriri ex modo cognoscendi per speculum, & ænigma, quæ multitudo excluditur per claram Dei visionem.*

Quod autem arguit Aegidius D. Bernard. solum velle non fore ibi multitudinem conceptuum for-

multa, inquiunt, sed vnam tantum diuinitatē, quæ omnia illa sunt, Deo vt sit conferre asserimus. Asseritis ergo etsi non multiplicem, duplicem Deum, & nō ad merum simplex peruenistis, neque ad id, quo melius cogitari non potest. Tam non est simplex, quod vel vni fuerit obnoxium formę, quā nec virgo, vel vni cognita viro. Securus loquor, ne is quidem, qui vel duplex est, erit meus. Habeo enim meliorem. Esto, quod hunc numeroso, & multiplici anteponā, sed plane præ simplici sperno. Meus Deus ipse Catholice est. Tam nō habet hoc, & illud, quam non hæc, & illa. Est qui est, non quæ est. Purus, simplex, integer, perfectus, cōstans sibi, &c.

Text. 3.

Ex ser. 2. quod inscribitur exhortatorium ad fratres de altitudine, & bassitudine.

Quid est si quæritis quærite? In simplicitate cordis quærite illum, non aliud tā-*malium, siue quod idem est pluralitatem cognitionum, quia visio clara Dei erit vna simplex cognitio, reijcit Turrianus ex textu. nam Bern. ex vnitate obiecti vt est in se colligit visionem illius vnam, & simplicem, ergo sicut in obiecto non est ante intellectum distinctio suorum prædicatorum, ita neque in ipsa visione: prętcrea negat Mellifl. futurā in Dei visione distinctionem, quæ hic est respectu obiecti, quæ tamen non tolleretur, si posset manere distinctio, quamuis maneat in vno actu: tandem confirmatur ex eo, quod Mellifluus tribuit obiecto vnitatem.* Conformabit se, *inquit*, vnitati illius, vel potius vnitati illi: *& ser. 71. in cant. de hac vnitate.* Quid ad illam, quæ non vnitione constat, *& alibi*. vnissimus est.

Prob. ratione ex appositis desumpta. Ideo intellectus viatoris distinguit, quia non videt obiectum, vt est, sed per ordinem ad varios effectus; sed in patria videt illud[vt] est, ergo non poterit illud distinguere.

RESOLVTIO II.

Beatus Angelus per scientiam distinctam a visione, non potest distinguere attributa, sine ordine ad creaturas, est contra Aegidium. cit. ratio est, quia quæcunque scientia, quæ est distincta à visione beata

quam illũm; non aliud præter illum, non aliud post illum. Simplex natura, simplicitatem cordis requirit.

Text. 4.

Ex serm. 71. in Cant.

Denique innuitur tibi vnitatum diuersitas per vnus, & vnum quoniam, nec Patri, & Filio vnus, nec homini, & Deo vnum poterit cõuenire.

& post pauca.

Cœterum quid ad illam, quæ non vnione constat, sed extat æternitate? Non plane illam quædam instar huius mutua mãducatio facit, quia nec fit. Est enim. Sed nec cõiunctio, vel quasi cõpositio, vel tale aliquid, quod vnius non est. Est autem Patri, Filioque natura, essentia, voluntas, non modo vna, sed vnum. Hoc nẽpe est illi esse, quod naturam esse; hoc velle, quod esse, vel naturam esse. Non est itaque, quod vnitas, qua vnum sunt Pater, & Filius, dicatur fieri de naturis, vel essentijs, vel voluntatibus, quia non sunt, non est, quod dicatur, vel fieri, quia est. Nec enim factitia est, sed natiua. Sunt in sese Pater, & Filius, non solum ineffabili, &c.

ta in beato non versatur circa Deum, aut perfectiones Dei, prout in se sunt, sed circa obiecta creata, ergo quicquid cognoscit; est instar rei creatæ.

Ex his patet rationem primam quæ est Aegidij nihil inferre, quia licet Deus possit â viatore distingui in ordine ad diuersos conceptus, attamen quando cognoscitur, vt in se est, videt illum simplicissimum qualis est.

Idem dico ad secundum, beatum videre ea, quæ sunt in Deo, prout sunt in ipso, & quia in eo nullo modo distinguũtur, ideo beatus non potest distinguere.

Ad tertium Chrysost. loquitur de laudibus, quas Angeli canunt Deo per ordinem ad creaturas.

Nota pro obiect. quæ fieri possunt, aliud esse attributa esse in Deo sine ordine ad creaturas, aliud quod sint distincta sine ordine ad creaturas, primum concedendum est, secundum perpetuo negandum.

Not. 2. non valere conseq. à relatione distincta realiter qualis est personarum inter se, ad distinctionem rationis, prima conced. secunda negatur.

ART.

Doctr. Mellifl. pro Art. 8. *Text.* 1.

Ex ser.8. in psalm.90.

Et tunc demum in illos sese fœtores, in illos horrores, in illos æterni incendij cruciatus, in illas denique immortalis mortis miserias gemerent esse damnatos? Ibi enim, inquit, erit fletus, & stridor dentium. Fletus quidem ob ignem, qui non extinguitur. Stridor vero ob vermem, qui non moritur. Planè fletus ex dolore, stridor dentium ex furore. Fletum nempe tormentorum immanitas, stridorem dentium vehementia ipsa tabescentis inuidiæ, & obstinata malignitas extorquebit.

Text. 2.

Ex serm.3.in Isaiam.

Quid lucere festinas? Nōdum illud aduenit tempus in quo fulgebunt iusti sicut Sol in Regno Patris eorum. Interim perniciosus est iste appetitus lucendi; feruere enim multo melius. Deniq;

ART. VIII.

An Dæmones possint pęnam per aliqua momenta deuitare, vel saltem aliquo modo minuere.

Per opposita ab Angelorum bonorum gloria, ad Dęmonum pęnas progrediendum. Fruuntur illi toto Deo, & sic fruuntur, vt amittendi propulsa formidine securi quiescant, at vero Dęmones in imum malorum demersi eadem certitudine quidem, sed heu obiecto longe dissimili torquentur, & lacerantur. Duo itaque pœnarum genera incurrunt miseri vnam priuatiuam, aliam positiuam sit pro priuat.

RESOLVT. I.

Licet Dæmones non amiserint vllam perfectionem naturalem, quam habuerint ante peccatum; amiserunt tamen omnes perfectiones supernaturales.

Primam partem negandam putabant antiquiores quidam existimantes dęmones scientia naturali fuisse priuatos, ne in illis radix alicuius quantulæcunque delectationis remaneret, & vt omnis rectitudo operationis ab illis proscribe-

si tam vehementer splẽdorem desideras, quod videri vis esse curato, & primum quære feruorem, nec dubiũ quin, & splendor adijciatur tibi, &c.

Text. 3.

Ex serm. 7. supra Psalm. 90.

Dæmones quidem superna nobis, & æterna inuidere noscuntur non tamen, vt sibi cædat, quod irreparabiliter amiserunt.

Ex serm. 8. eiusdem.

In illa ergo tanta separatione quemadmodũ hœdis agnorum diuisio grauissimi liuoris occasio fiet, sic electis è regione consideratio reproborum, immensa quædam materia gratiarum actionis, & laudis. Vnde enim iustitiam magnifice gratias agerent, nisi cum illa in excogitabili fœlicitate, qua perfruũtur, ipsam quoque retributionem cernerẽt iniustorum, à quibus æquidem sola misericordia Redemptoris segregatos sese esse fidelissimè, & deuotissi*beretur, ne ex rectitudine iudicij ad aliquem amoris actum accederent, ex quo consolationis guttulas possent haurire. sed prob. concl. ex Dionys. 4. de diuinis nominibus dicente quod.* Quæ per naturam sunt, per peccatum non corrumpuntur.

Probatur similiter de voluntate quæ sic in malo obstinata est, vt nunquam sit retractatura peccatum, nec ad supernaturalem pœnitentiam se dispositura, ratio est, quia caret omni auxilio supernaturali, sunt enim extra viam, & ideo ad gratiam, non datur regressus, prout multa concilia contra Origenem definiuerunt.

Secunda pars constat ex Ezech. 28. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. quod eximie explic. Mellifl. ser. 74. in Cant. licet sapientiæ nomen pro cognitione deducente ad amorem Dei strictè sumatur aliquando, tamen pro omni supernaturali dono communiter à Patribus vsurpatur. pro secunda pœna positiua sit.

RESOLVT. II.

Dæmones necessario semper cogitant ea per quæ affligi possunt: adeò vt ab illis abducere cogitationem nunquam possint.

Prob. Ex duobus principijs; Nempe ex summo dolore, qui auocationem non patitur, sed applicationem ad se trahit perpetuo.

Se-

mè recordantur? Vnde verò impij tanto animi furore tabescerent, nisi in Regnum summæ beatitudinis coram sese vidissent alios introduci. Et tunc demum in illos sese fœtores, in illos horrores, in illos æterni incendij cruciatus, in illas deniq; immortalis mortis miserias gemerent esse damnatos? Ibi enim, inquit, erit fletus, & stridor dentium. Fletus quidem ob ignem, qui non extinguitur. Stridor verò ob vermem, qui non moritur. Planè fletus ex dolore, stridor dentium ex furore. Fletum nempe tormentorum immanitas, stridorem dentium vehementia ipsa tabescentes inuidiæ, & obstinata malignitas extorquebit. Ita ergo retributionem peccatorum videbis, ne videlicet ignarus tanti periculi, ingratus aliquando liberatori posse fieri videaris.

Secundo, ad illud concurrit diuina iustitia, applicans eorum potentias ad propriæ miseriæ cõsiderationem. Naturalis autem perfectio prӕter quam quod mœroris intentione absorbetur cumulum doloris adauget, dum considerant beatæ visionis amissionem. Deum sibi iuste iratum. Angelos similiter sibi infensos, & flagellis armatos, nunquam placandos pœnarum sensus æternitatem. & alia, quæ magister satis prolixe describit.

Doctr. Mellifl. pro Art. 9. Text. 1.

Ex cap. 70. de interiori Domo.

Beata autem illa supernorum spirituum multitudo, desideria sua vltra gaudiorũ suorum non extendit plenitudinem, quæ fęlicitatis suę infinitatem, vel immensitatem comprehendere omnino non sufficit. Est autem

ART. IX.

Quale sit exercitium bonorum Angelorum, & quale Dæmonum.

Notanda primo ex Ludouico Caspensi in 3. p. disp. 15. differentia inter hæc vocabula laus, honor, gloria, adoratio, oratio, humilitas, & similia; licet primo auditu conuenire videantur siquidem, laus consistit in verbis: honor

eorum gaudium, non solum de contemplatione Creatoris, sed etiam de contẽplandis eius creaturis. Dum enim Deũ in omnibus suis operibus mirabilem inueniunt, quid mirum si vbiq; mirando venerantur, venerando mirantur magnalia eius, quæ diligunt? Inueniunt itaque non solum in creaturis incorporeis, sed etiã in creaturis corporeis, vnde mirentur, vnde creatorem earum digne venerentur. Hæc omnia iugiter cõtemplantur, contemplantes mirantur, mirãtes lætantur. Lætantur de Diuina contẽplatione, congratulantur de mutua visione, mirantur in rerum corporalium speculatione.

nor etiam in actibus externis, sed latius laude: gloria differt à laude, & honore, quia est notitia clara bonitatis, quæ ex laude ortum habet, definitur etiam clara cum laude notitia: reuerentia, & honor idem sunt; honor vero, & adoratio differunt ex August. quia honor latius patet, omnis adoratio est honor, nõ vero omnis honor est adoratio: adoratio & oratio cõueniunt quia vtraq; est ex affectu volũtatis quia oratio tendit ad aliquid obtinendum, adoratio ad manifestandam excellentiam, vtraque prærequirit actum intellectus: humilitas, & adoratio conueniunt in actibus externis, differunt ex motiuo, quia humilitas moderatur affectus honoris, adoratio dirigit actus externos ad excellentiam manifestandam, estque veluti quędam honoris emphasis, sicut glorificatio, in hoc vtraque occupata vt alterum laude dignum esse demonstret. vnde definitur à Damasc. vt supra oratio 3. c. 4. Animi cedentis, & demissi humilis significatio.

Notanda secundo differẽtia inter meditationem, cogitationem, & contemplationem, nam meditatio est secundum Richard. studiosa mentis intentio ad inuestigandam veritatem diligenter insistens cum labore, & vtilitate: cogitatio sine labore & vtilitate: contemplatio sine labore, cum summa agilitate, & vtilitate. Est enim actus intel-

lectus non impediti, gratia sanati, in æterna spectacula, siue speculo directi, & in admirationem suspensi. habes horum differentias apud Mellifl. in scala claustralium num. 1.

Text. 2.

Ex Serm. 7. in Cant.

Ea propter attendite principes vestros cum statis ad orandum, vel psallendum, & stare cum reuerentia, & disciplina, & gloriamini, quia Angeli vestri quotidie vident faciem Patris. Nimirum in ministerium propter vos: qui hæreditatem capimus salutis: deuotionē nostram in superna ferunt, referunt gratiam. Vsurpemus officium quorum sortimur consortium, vt in ore infantium, & lactentium perficiatur laus. Dicamus eis: Psallite Deo nostro psallite. Atque audiamus eos vicissim respondentes. Psallite Regi nostro psallite. Laudem ergo cum cęli cantoribus in commune ducentes, vtpote ciues Sanctorum, & domestici Dei, psallite sapienter;

RESOLVT. I.

Exercitium Angelorum Beatorum est laudare Deum, Deum meditari, contemplari, & adorare, præter appositos indicat resolut. Ioann. in Apocal. cap. 4. *cum descriptis Seraphinorum alis, & oculis subiungit:* Et requiem non habeant die, ac nocte dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens; *quasi dicat, vidi quod hæc animalia sine cessatione iugiter laudant Deum attenta mente, & voce clamando Sanctus, quia sancti Angeli assidue toto corde, & ore prædicant, & celebrant Sanctissimam Trinitatem. Hoc Ecclesia imitatur, inquiunt Rabanus, Cornelius à Lapide post Chrisost. qui dicitur instituisse, vt Orthodoxi alternatim trisagion in choro canerent: licet Socrates verius hæc scribat lib. 6. cap. 36.* Dicendum autem, & hoc vnde consuetudo respōsoriorum, hymnorum consuetudo in Ecclesia initium cœpit Ignatius Anthiochiæ Syriæ tertius ab Apostol Petrus Episcop. Vna cum Apostolis aliquando conuersatus visionem Angelorū per

Idem repetit cap.6. Meditat.
Videres procul dubio, qua cura quoue tripudio inter sunt cantantibus, assistunt orantibus, adsunt meditantibus,&c.

per responsorios, hymnos Sanctissimam Triadem laudantium vidit, & modum visionis Antiochenæ Ecclesiæ tradidit, vnde & ad omnes Ecclesias hæc consuetudo manauit. *Petuit tamen Chrysost. in Ecclesia Constãtinop. hanc alternatiuam instituisse, cum Arriani odas sua hæresis canerent.*

Text. 3.

Ex serm.3. in Isaiam.
Cecidit ergo Lucifer, vt fulgur de cœlo, Seraphim vero stabant super illud. Stant plane Seraphim, quia charitas nunquam excidit. Stant attoniti, & suspensi in contemplatione sedentis in throno. Stant in æterna incommutabilitate, & æternitate incommutabili.

Text. 4.

Ex ser.5. in Isaiam.
Ineffabiliter siquidem delectantur in admiratione cõtemplationis illius, nec minus glorientur in ipsius veneratione. iniquus ille admirationem quidem, sed nõ venerationem habens, quia

RESOLVT. II.

Angeli perpetuo Deum contemplantur. Mellifl. in apposito dico contemplantur ad differentiã cogitationis, & meditationis; quia Angeli nec inutiles sunt, nec fatigantur, nec laborant in conside ratione sublimis illius obiecti, sed delectantur potius, & maxima consolatione fruuntur. hinc Mellifluus dum de Angelica *occupatione bonorum* Angelorum *loquitur, vtitur semper contemplationis nomine, vt habes in appositis ex tract. in Isaiam.*

Confirm. conclus. ex definitione contemplationis posita supra, vbi dicitur: actus intellectus in admirationem suspensi. *Non quidem illius admirationis, quam Aristot. dicit ex eo prouenire, quod videatur affectus nouus cuius non videtur causa de qua Petrarcha:* Sapienti nihil est inopinabile, stulto omnia sunt impræmeditata: *vnde Xenophon inducit Cyrum nihil admirantem, sed*

ſubdi noluit per venerationem figi non valuit per admirationem. Denique admirationem ipſam in æmulationem conuertit, nec venerari dignatus, ſed conatus eſt imitari. Quam melius Seraphim ſua ipſa admiratione fœlices, veneratione etiam venerabiles fiunt, veram in ipſo habentes gloriã cui ſeruire regnare eſt, & apud quem omnis, qui ſe humi liat exaltatur?

Ex ſer.11. in pſal.90.
Cum aſcendunt ad contemplationẽ de qua, & deſiderando ſatiantur, & ſatiãdo deſiderant.

omnia ſub ſe quaſi parua, & ſubdita deſpicientem. ſed de illa potius, qua poſt conſiderationem diuinæ excellentiæ anima quaſi ſuſpenditur, & ſuſpenſa quieſcit in conſpectu Dei, in qua ſancti Patres perfectiſſimam collocant contemplationem. Eſt autem hæc admiratio actus voluntatis ſupponentis actum intellectus, & genus quoddam ſuauiſſimæ complacentiæ ſeu gaudÿ, quo aliquis veluti in ſtuporem rapitur cõtemplans ſummam excellentiam Dei ſuper omnia dilecti, propter quam ad eum veretur accedere, & maieſtatem eius contemplari, prout ſignificabant Seraphim Iſaiæ 6. velantia capita, & pedes, de quibus Dionyſ. c. 13. de cœleſti hierarchia: Significabant (*inquit*) ſacram illam, ac plenam horroris venerationem, qua Sancti celſiorem myſteriorum indaginem perhorreſcunt; *eſt autem hæc admiratio, qua poſt conſiderationem diuinæ excellentiæ anima quaſi ſuſpenditur, & ſuſpenſa quieſcit in conſpectu Dei; aptiſſima ad animi ſubmiſſionem, & glorificationem diuinitatis explicandam percurre tex. 3.*

Text. 5.

Ex ſerm.4. in Iſaiam.
Quo enim Seraphim volant niſi in eum cuius ardẽt amore? Vide flammam qua-

RESOLVT. III.

Beati Angeli in caſtiſſimo, & ardentiſſimo Dei amore occupantur, & exercitantur; docet hanc per totum ſerm.19. in cantic. dum de-

ſi volantem, & ſtantem ſimul. nec miraberis iam Seraphim ſtantes volare,& volantes ſtare.

Text. 6.

Ex ſer.11. in pſal.90.

Videamus, & dæmonum vias: Videamus, & caueamus; videamus, & fugiamus eas. Siquidem viæ illorum præſumptio, & obſtinatio. Scire vultis vnde id ſciam? Conſiderate eorum principem, qualis ille eſt, tales, & domeſtici eius. Conſiderate viarum ipſius principia, ſi non manifeſte in immaniſſimã ſtatim præſumptionem proſilierit dicens: Sedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis, ſimilis ero Altiſſimo. Quam temeraria, quamque horrenda præſumptio. Nunquid non illic ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare? Propter præſumptionem ſtare non potuerunt; propter obſtinationem, qui cecidit, non adiecit, vt reſurgat. Ex hac *deſcribit motiua cuiuſque Deum diligendi propria, & aduertit neminem ad gradum, quo Deus diligit, pertingere. confirm. ex appoſit.*

RESOLVT. IV.

Dæmonis officium, exercitium, & occupationes ſunt Deum odio proſequi, blaſphemias in eum proferre iuſtitiam illius arguere, & ſimilibus adhærere, & inſiſtere.

Prob. 1. ex Auguſt. de fide ad Petrum, vbi de dæmonibus loquẽs dicit, quod nec mala voluntate poſſunt carere, nec pœna.

Secundo, quia de dæmonibus diſcurrendum eſt per oppoſita ad Angelos bonos. ſed iſti ſemper Deum diligunt, benedicunt, &c.

Tertio, quia D. Bonau. in 2. d. 7. q. 2. dicit diabolum eſſe Deo diſſimilem per deformitatem, ſecundum pronitatem, & ſecundum actualitatem, ſed Deus eſt ornatus omnibus virtutibus, per quas inclinatur ad benefaciendum, & actu omnibus benefacit, diſſimilitudo dicit, dæmonem carere virtutibus, & habere omnia vitia, quibus inclinatur ad maledicendũ, malefaciendum.

Conſiderandum eſt inſuper pro hac reſolut. quod dicit D. Thom. 2. 2. queſt. 13. art. 3. Statum dãnatorum peiorem eſſe conditione viuentium. Hi namque timore pœnarum, quas vitare poſſunt à bla-

namque ſpiritus vadens, ex illa non rediens eſt. Et mira quidem præſumptio dœmonum, ſed non minus mira obſtinatio eſt, quod ſuperbia eorum ſemper aſcendit, propterea non eſt illis commutatio. Quia enim cõuerti noluerunt à via prǽſũptionis, inciderunt in viam obſtinationis.

blaſphema abſtinent, damnati verò cum ſe cognoſcant in ineuitabile malorum profundum demerſos, tanquam deſperati feruntur precipites ad omne, quod eis peruerſa voluntas ſuggerit. quo fit, vt deteſtentur Deum, & iuſtitiam illius, diſplicet illis, quod tantam habeat potentiam illos puniendi, quod eſt blaſphemia. Vide appoſitum, qui in dæmonibus, & damnatis propriæ verificatur, quatenus habent voluntatem propriam in malo confirmata. ia

Ex ſerm.3. Reſurrect. Dominicæ.

Voluntas propria (quæ in Dœmonibus maximè viget) Deum perimit. Omnino enim vellet Deum peccata ſua, aut vindicare non poſſe, aut nolle, aut neſcire. Vult ergo Deum, non eſſe Deum, quæ quantum in ipſa eſt, vult eũ eſſe, aut inſipientem,aut iniuſtum, aut impotentem. Crudelis plane, & omnino execranda malitia, quæ Dei potentiam, ſapientiam, & iuſtitiam perire deſiderat. Hæc eſt crudelis beſtia, fera peſſima, rapaciſſima lupa, & leæna ſæuiſſima.



QVAE-



QVAESTIO III.

De passiuo cultu Angelorum.



Vidimus hactenus, quid Angeli Deo debeant, & quibus artibus creatori suo gratos se studeant exhibere. Iam quid, & nos Angelis debeamus inquirendum superest, vt cognito debito, vias exoluendi debita similiter referemus.

Doctr. Mellifl. pro Art. I. Text. I.

Ex cap. 5. lib. 5. de Consid.

Hæc omnia contulit illis spiritibus, qui condidit illos vnus, atque idem summus Spiritus.

Ibid. cap. 4.

Et primo quidem Ciues spiritus illic esse, potentes gloriosos, beatos, &c.

ART. I.

Vtrum Angelus sit similior Deo, quam Homo.

Ex appositis eliminatam suppono Eugubini, & Oleastri sentētiam constituentem hanc similitudinem in lineamentis corporis: quā recentiores quidam amplexi sunt suppositione facta, quod Deus creaturus Hominem, humanum corpus assumpsisset. In quam senten-

Text. 2.

Ex tract. de Vita solitaria ad fratres de monte Dei, cap. 16. nu. 63.

Est autem Dei similitudo quædam, quam nemo viuēs nisi cum vitia exuit, quam omni homini in testimoniū amissæ melioris, & dignioris similitudinis. Creator omnium hominum reliquit, quam habet, & volens, & nolens, & qui eam cogitare potest, & qui tam habes est, vt eam cogitare non possit: scilicet, quod sicut vbique Deus est, & vbique totus est in creatura sua, & sic in corpore suo omnis viuens anima, & sicut semper sibi indissimilis Deus, indissimiliter dissimilia in creatura operatur, sic anima hominis, quamuis totum corpus viuificans indissimili vita, &c.

tentiam cōstitutus Marcion Christum semper habuisse carnem, licet non natam contendebat, in eaque Adamo, & cæteris Patribus apparuisse, vt refert Irænæus lib. 4. contra hæres, cap. 27. & colligit Ambianates tom. 1. in Tertull.

Falsitatis arguitur horum omniū sententia ex appositis in quibus Mellifl. docet Angelos esse spiritus, & supra probatum.

Admittenda tamen est Melliflui doctrina explicata in text. 2. quam admittunt Origenes lib. 3. Periarchon. cap. 6. Basil. lib. 11. in Genes. Ambros. lib. 6. Hexameron cap. 7. Theodoretus quæst. 20. in Genes. nimirum aliam esse in Angelis similitudinem physicam, & naturalem; quæ in tribus potentijs cuiuslibet indiuidui consistit; aliā moralem, quæ in donis supernaturalibus refulget. de hac est quæstio non de prima, quam Mellifluus dicit in inferno comburi posse.

RESOLVTIO.

Angelus est Deo similior homine. Ita Mellifluus.

Prob. 1. ex Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis Dei. In quem Gregorius obseruat signaculum esse aliquid amplius, quam imago, vt quæ in eo subtilior est natura, eo in illo imago Dei similius insinuetur expressa.

Con-

Text. 3.

Ex serm. 12. in Psalm. 90.

Summa ergo maiestas, mandauit Angelis, & Angelis suis mandauit; Illis vtiq; sublimibus, tam beatis, tam proximis sibi cohærẽtibus, tam familiariter adhærentibus, & vere domesticis Dei.

Text. 4. pro resolutione.

Ex lib. de Gratia, & lib. Arbit.

Diuinæ ergo similitudinis summũ gradum summi Angeli tenent, nos infimum, Adam tenuit medium. Dæmones nullum.

Ex lib. 3. de Amore Dei, cap. 21.

Angelus siquidem in sua creatione, tanta Deo conformitate vnitus est, vt esset potius signaculum, signaculum similitudinis, quam simile, vel signatum.

Ex serm. 78. in Cant.

Porro Angelus non absq; motu operatur tam locali, quam temporali sine æstu tamen.

Confirm. ratione. Deus est simplicissimus, & purissimus actus. ergo creatura, quæ proximius ad illius simplicitatem, & puritatem accesserit erit similior Deo: sed Angelus magis accedit ad illã Dei simplicitatem, & puritatem, vt habet text. 3. ergo. Minor prob: Nam est immaterialis, intellectualis, &c. ergo.

Tertio. Homo est ad similitudinem Dei, quia constat tribus potentijs, quæ Sanctissimam Trinitatem repræsentant, & quia eius Anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis sicut Deus in mundo. Sed hæ perfectioni quodam modo conueniunt Angelo, vt habent text. 4. ergo Angelus est Deo similior.

Adde hanc esse sententiam Dionysii 4. de Diuin. nominibus, quẽ sequuntur Nazian. eius commentator Nicænas, Hieronym. Trismegistus in Pimandro, Philo, & alij apud Suarem, & alios recent.

Nec officit, quod Homo sit Dominus creaturarum corporalium: hoc enim indicat suam indigentiã. Angelus autem, quia his non indiget, ideo constituitur super spiritualia, quę longe sunt nobiliora corporeis.

Quod autem Angeli dicantur ignei, aerei, &c. non significatur illorum substantiam esse huiusmodi, sed quia horum proprietates imitantur. sunt enim veloces, ardentes, text. resolut. per se patent.

Doctr. Mellifl. pro Art. 2. Text. 1.

Ex serm. 80. in Cant.

Ab isto recto, & magno Deo;habet imago eius vt & ipsa recta, & magna sit, habet anima, quæ ad imaginẽ est. Sed dico, nihil ne ergo amplius habet imago ab anima, quæ ad imaginem est, quia, & huic magnum rectumq; assignamus: Et plurimum. Hæc ad mensuram accepit, illa ad æqualitatem. An non plus hæc? Aduerte, & aliud. Huic vtrunque, aut creatio, aut dignatio cōtulit illi generatio. Atque id magnificentius esse, non dubiū est: Sed ne hoc quidem eminentius esse, quis abnuat, quod cum à Deo huic illi, & de Deo vtrunque sit, id est de Dei substantia. Est enim consubstantialis Deo imago sua, & omne quod eidem suæ imagini impartiri videtur, ambobus est substantiale, non accidentale. Adhuc vnum attende in quo imago, non parum eminet. Magnum, & rectum, ista duo natura à

ART. II.

Vtrum Angelus sit imago Dei, an tantummodo ad imaginem.

Quatuor vult esse de ratione imaginis Mellifl. in apposito.

Primum, quod accipiat adęqualitatem, & non ad mensuram. Secundum, quod accipiat per generationem, & non per creationem. Tertium, quod quidquid accipit imago, sit ipsi cum exemplari consubstantiale. Quartum, quod perfectiones exprimentis sint in re expressa identificatæ, & inseparabiles. has ex Mellifluo desumpserunt scholastici, referuntque ad verbum in prima parte, cum probant esse veram imaginem. vnde pro Mellifluo sit.

RESOLVTIO

Angelus non est imago Dei, sed ad imaginem. Probatur primo, quia deficit à conditionibus requisitis in tex. nam primo accipit ad mensuram, idest iuxta exigentiam suæ speciei, per quod remanet in linea finita, verbum autem est infinitum, quia accipit ad æqualitatem. Hanc autem differentiam probat subtiliter Mellifluus in tex. 1. & ex 5. cap. lib. 5. de consid.

Secundo deficit à secunda, quia Angelus habet esse per creationem,

sese discrepare, quis nesciat? In imagine vnum sunt. Neque hoc solum, vnum sunt, & cum imagine. Imagini enim non modo id rectum est esse, quod magnum esse, sed etiam id magnũ, rectũq; esse, quod esse: Animæ non ita. Et magnitudo eius, & rectitudo ipsius diuersæ ab inuicem sunt. Si enim (vt supra docui) eo anima magna est, quo capax æternorum, eo recta, quo appetens supernorum, quæ non quærit, nec sapit, quæ sursum sunt, sed quæ super terram, non plane est recta, sed curua, cũ tamen pro huiusmodi magna esse non desinat, manens vtique etiam sic æternitatis capax. Neque enim illius aliquando non capax erit, etiam si nunquam capiens fuerit, vt sit quomodo scriptum est: Veruntamen in imagine pertransit homo.

nem, vt probatum est quæst. præcedenti. Imago autem debet habere esse per generationem.

Tertio deficit à tertia, Angelus enim non est consubstantialis, vt debet esse imago. est potius accidens respectu Dei.

Quarto deficit à quarta, perfectiones Angeli non sunt identificatæ cum Deo, nec ab eo inseparabiles. proinde patres post Mellifluum obseruant, quod præpositio ad dicit accessum, & recessum, qui quidem, quia possunt esse modo proximiores, modo remotiores, fit inde, quod vna creatura sit Deo similior, quam alia, vt dictum est art. præcedenti. Mellifluo consentiunt Sancti Patres vnanimes Ambr. in cap. 22. Lucæ. Solus Christus(*inquit*)est plena imago Dei propter expressam in se paternæ claritudinis vnitatem: iustus autem ad imaginem Dei est, si propter imitandam diuinæ conuersationis imaginem mundum hunc Dei cognitione contemnat. *August. vero lib. 83. q. questione 51. cum dixisset verbum dici imaginem, quia perfectissime, & substanti aliter repræsentat patrem; hominem vero dici ad imaginem, quia imperfecte: videbatur mutasse sententiam in lib. retract. cap. 26. vbi declarat, posse hominem dici imaginem Dei, eo quòd Paul. 1. Cor. 11. vocat virum imaginem. verumtamen animaduertens hanc similitudinem*

Ex cap. 68. de interiori Domo.

Intellige dignitatem tuã nobilis creatura, quoniam non solum insignita es Dei imagine, verum etiam decorata similitudine, sicut enim Creator tuus est Charitas bonus Iustus: Ita & tu &c.

Text. 2.

Ex lib. 5. cap. 5. de Consid.

Ardent Seraphim, sed igne Dei, vel potius igne Deo. Quod præcipuum est in eis, amant, sed non quantum Deus, nec quomodo. Lucent Cherubim, & scientia eminent, sed participio veritatis; ac per hoc nõ vt veritas, nec quantum.

Doctr. Mellifl. pro Art. 3.

Text. 1.

Pro text. 1. reuoca 2. positum in art. 1. ex tract. de vita solitar. c. 16.

Text. 2.

Ex lib. de Anima cap. 6. in fine.

Mens sapientis semper est apud Deum. Illum semper

esse valde æquiuocam, hæc tandem concludit lib. 7. de Trin. cap. vltimo: sed quia non omnino fiebat æqualis illa similitudo, siue imago Dei tanquam non ab illo nata, sed ab illo creata; huius rei significandæ gratia, ita imago est, vt ad imaginem sit.

Concurrit in eundem sensum Hugo à S. Victore in elucidatoria in Genes. vbi hæc habet. ad imaginem dicitur, quod non est exemplari omnino simile, Filius enim est imago Patris non ad imaginem, quia quidquid habet Pater, totum habet filius per naturam.

Dices, Dionys. 4. de diuin. nominib. vocat Angelum imaginem Dei. Resp. loqui per emphasim, vt perfectionem Angelorum amplificet. vel dic loqui comparatiuè, quia si Angelus, & alia creatura ad Deum referantur, Angelus erit veluti imago, quia magis accedit ad perfectiones Dei, vt dictum est.

ART. III.

Vtrum debeatur aliquis cultus Angelis ex eo, quod sunt ad imaginem Dei.

Varias similitudinis species agnouisse Melliflum constat ex appositis. nam ex primo, alia est imago

ante oculos habere debemus, perque sumus, viuimus, & sapimus. Ipsum nāque, vt essemus habemus authorem; Ipsum etiam, vt sapiētes simus debemus habere doctorem: & vt Beati simus internæ suauitatis largitorem, &c.

Text. 3.

Ex serm. vlt. in psalm. 90. prope finem.

Cum ergo repleuerit in bonis desiderium tuum, vt non sit aliud, quod requiras, serenato penitus ex ipsa plenitudine animo, videre iam poteris serenitatem illam, illam plenitudinē maiestatis, similis Deo factus, quod videas eum sicuti est.

10 ex serm. 12. in psal. 90.

Angelo tuo reuerentiam habe. Tu ne audeas illo præsente, quod vidente me non auderes.

32.

go naturalis, alia moralis: moralis rursus alia est sita in exercitio virtutum, alia vnione siue vnitate (vt Mellifluus loquitur) spiritus, & vnitate volendi. hæc vero alia viatorum, alia beatorum, de qua text. 3. iuxta hæc sit.

Nota 2. ex Bellarm. tom. 3. controu. & lib. 1. de Sanctorum beat. c. 12. tres dari species cultus, tribus excellentijs respondentes post D. Th. 1. 2. q. 103. ar. 1. nempe diuinus, ciuilis, & medius: diuinus respicit super naturalia, ciuilis naturalia, medius participat de vtroque iuxta hæc sit.

RESOLVTIO I.

Angelus quatenus est ad imaginem Dei secundum perfectiones naturales, meretur solum cultum ciuilem.

Illam indicat Mellifl. in tex. 2. cum de ea dicit: hæc nullius est momenti apud Deum; *per hæc enim significat, non esse dignum vllo cultu supernaturali, ergo solum modo ciuili: quod autem mereatur ciuilem cultum prob. ex conc. Constantiensi sess. 8. determinantis cōtra Vviclef dominium non amitti per peccatum, quia debetur homini propter imaginem Dei naturaliter in eo insitam. ergo multo magis Angelis, & consequenter honor dominium consequens:*

RE-

Ex serm. 82. *in Cant.*

Videbimus eum sicuti est. Admiranda prorsus, & stupenda illa similitudo, quam Dei visio comitatur, imo quæ Dei visio est.

Ex serm. in Vigilia SS. Petri, & Pauli.

Tria sunt igitur, quæ in festiuitatibus Sanctorum vigilanter considerare debemus, auxilium Sancti, exẽplum eius, confusionem nostram. Auxilium eius, quia qui potens in terra, potentior est in cœlis ante faciem Domini Dei sui. Si enim dũ hic viueret misertus est peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tanto amplius, quanto verius agnoscit miserias nostras, orat pro nobis Patrem: qui Beata illa Patria charitatem eius non immutauit, sed augumentauit. Neque enim, quia impassibilis omnino, ideo & incõpassibilis factus est: sed nũc potius induit sibi viscera misericordiæ, cum ante fontem misericordiæ existit.

RESOLVT. II.

Angeli viatores merebantur cultum superiorem ciuili.

Prob. primo, quia erant ad imaginem Dei *per praxim virtutum supernaturalium.*

Prob. secundo, quia si ex Mel*lifluo debemus honorem sanctis viatoribus, eo quod sint potentes apud Deum, vt habet serm. in vigilia Apost. Petri, & Pauli. & confirmat Syluest. verbo Canonizatio, Tabiens. Ioan. à S. Th. in* 2. 2. *cur non, &* Angelos *cum iisdem virtutibus essent ornati, & eadem potestate pollerent.*

RESOLVT. III.

Angeli beati debent coli cultu duliæ. prob. 1. *quia sunt ad imaginem* Dei *perfectam. scilicet vnitate cognitionis, & voluntatis, de qua text. auctor ex tract. de vita solitaria; & tertius, ex quo præterea constat, quod sunt ad imaginem Dei, quæ ex clara, & intuitiua Dei visione resultat. ex quibus formo hoc argumentum.*

Concilia præcipiunt honorandas esse imagines Sanctorum quantumuis artefactas, quia repræsentant exemplaria virtutibus supernaturalibus exornata, & Deum videntia, 7. *Synod. generalis, quæ est Nicæna. Secunda contra Iconomacos. concilium generale* 8. *can*. 8. *Synodus Romana sub* Greg. *III.*

Ex Sententijs.

Tres ſunt quibus reconciliari debemus hominibus, Angelis, Deo. Hominibus per aperta opera, Angelis per occulta ſigna; Deo per puritatem cordis. Nam de operibus,quæ coram Hominibus facienda ſunt, ſcriptũ eſt. Luceat lux veſtra corã hominibus,vt videant veſtra opera bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. De Angelis dicit Dauid: In conſpectu Angelorum pſallam tibi. Occulta autem ſigna ſunt gemitus, ſuſpiria, vſus cilici, & cœtera pœnitentiæ inſignia, quæ Angelis placent. Vnde eſt illud: &c.

Text. 4.

Ex ſer. 1. de Anunciatione.

Imago ſiquidem Dei in gehenna ipſa vri poterit nõ exũri; ardere ſed non deleri.

III. ann. 773. congregata. Trident. ſeſſ. 25. quanto magis colendi erunt Sancti Angeli, qui tot tantiſque diuinitatis caracteribus refulgent, & exornantur.

Secundo prob. ex D. Th. in 3. p. q. 103. artic. 5. vbi habet, quod motus, qui eſt in imaginẽ in quantum eſt imago, refertur in rem, cuius eſt imago, non tamen omnis motus, qui eſt in imaginem fertur in eam in quãtum eſt imago:& ideo aliquando eſt alius motus ſpecie in imagine, & motus in rem. honor itaque, vel ſubiectio duliæ reſpicit abſolutè quandam hominis (ſiue Angeli) dignitatem, licet ſecundum illam dignitatem ſit homo (vel Angelus) ad imaginem, & ſimilitudinem Dei: non tamen ſemper homo (vel Angelus) quando reuerentiam exhibet alteri, refert hoc, actu in Deum. *En explicatam expreſſis terminis ab Angelico Doctore noſtram reſolutionem. Dices contra primam, ergo debebitur cultus ciuilis Dæmoni. conſequent. tenet, quia ex Dion. 4. de diuinis dominibus;* quæ per naturam ſunt incorruptilia per peccatum non corrumpuntur, *imago autem naturalis eſt incorruptibilis, vt Melliſl. in appoſito, ergo perſeuerat in dæmonibus, ergo merentur honorem, & cultum ſaltem ciuilem. Reſp. Imaginem naturalem in dæmonibus eſſe valde* de-

Ex serm. 13. in psalm. 90.

Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem. Quid inter hæc faceret pes humanus? Quid humanæ affectionis inter tam terribilia monstra constaret? Nempe nequitię spirituales sunt, & quidem non incongruis appellationibus designatæ. Siquidem & de his dictum, quod nequaquam vobis excidisse reor: Cadēt à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Quis vero scire potest, an diuisæ sint inter eos operationes malitiæ, ministeria iniquitatis; vt ex diuersis officijs, quin potius maleficijs, vocabula quoque diuersa sortiti nominentur? Alius siquidem aspis, alius vero basiliscus, alius autem leo, & alius quidem draco, quia videlicet suo quidem inuisibili modo varie quoque noceant, quasi alius morsu, alius quoque visu, alius autē rugitu, vel ictu, alius quidē flatu? Legi etiam de quodam genere dœmoniorum, *deturpatam, non tamen omnino deletam, & ideo S. Iudas in sua epist. vers. 9. referens bellum, & contentionem Michaelis cum dæmone subdit:* non est ausus iudicium inferre blasphemiæ; *scilicet Michael dæmoni. Vatablus legit, non est ausus conuitium illi facere. Tigur. non est ausus notam illi impingere maledicti. Et rationem reddit Didymus. Respexit Michael ad bonam naturam dæmonis, atque ideo maledictis abstinuit. Idem docent Hugo apud Aestium, Ambros. in cap.* 8. *Lucæ, obseruans Christum eandem moderationem tenuisse, cum ventis in mari confligantibus quietem imperauit, dicens, tace, & obmutesce.*

Subsumes, si non possunt dæmones maledici, ergo poterunt benedici. & confirmatur, nam peccatores quantumuis perditissimi, honore ciuili non priuantur. Resp. nego subsumptum, nam ex eo, quod non possint maledici, non sequitur posse benedici. ad confirmationem dico, quod in peccatoribus quandiu viatores sunt, semper remanet spes, & possibilitas, vt conuertantur, in dæmonibus nulla penitus, sunt enim in termino, & sicut dicit Mellifl. serm. 7. super psal. 90. Cœlestia irreparabiliter amiserunt: *quare peccatores possunt honorari, & benedici, non autem dæmones, qui quia sunt impares virtute, in*

qua

quod non eijciatur nisi in orationibus, & ieiunijs. Nihil poterat namque verbum Apostolicæ increpationis ad illud, &c.

Doctr. Mellifl. pro Art. 4.
Text. 1.

Ex serm. vlt. super Salue Regina.

Dominum Deum tuum Adorabis, & illi soli seruies. In hoc solius Dei præcipitur cultus nulli quippe alij seruitus, quæ græce latria dicitur, debetur.

Text. 2.

Ex serm. 31. in Cant.

Bonus es Domine sperantibus in te, animæ quærenti te. Sed & Angelus eius, qui vnus est de sodalibus sponsi, in hoc ipsum deputatus, minister profecto, & arbiter secretæ mutuæque salutationis, is inquam, Angelus quomodo tripudiat, quomodo collætatur, & cõdelectatur, & conuersus ad Dominũ, dicit: Gratias ago

qua sita est imago Dei meritoria, vt dicit Mellifluus, benedici, & honorari non debent, & quia adhuc restat in illis aliqua vmbra imaginis naturalis, ideò maledictionibus eos afficere nunquam licet.

ART. IV.

Vtrum Angeli possint coli cultu superiori, & nobiliori, quam sit dulia.

Recolo ex principijs Melliflui quatuor dari species cultus, scilicet, latriæ heroicæ, latriæ communis, hiperduliæ, & duliæ, quæ omnes circa supernaturalia versantur, & potest addi obseruantia, qua maiores cultu ciuili venerantur; quia diximus Angelos colendos esse cultu duliæ, quæritur modo, vtrum possint coli cultu hyperdulia, vel latria.

Contendebat Simon magus esse adorandos cultu latriæ, eo quod mundum ab illis creatum fuisse crederet; eundem errorem docuit Cerinthus, existimans Angelos nobiliores esse Christo, quem cum purum hominem prædicaret, & indignum officio mediatoris, Angelos illi subrogatos asserebat, vnde & digniori cultu dignos, quam quo Christus solitus est coli, co-

tibi Domine maiestatis, quia desiderium cordis eius, &c.

Text. 2.

Ex serm. 19. de modo bene viuendi.

Venerare autem omnes melioris scientiæ, ac melioris vitæ. Venerare vnumquemque hominem pro suo merito sanctitatis. Secundum dignitatem vnicuique homini tribue honorem.

Text. 3.

Ex epist. 174. quę est ad Canonicos Lugdunens.

Vnde miramur satis, quod visum fuerit hoc tempore quibusdam vestrum voluisse mutare colorem optimū, nouam inducendo celebritatem, quam ritus Ecclesiæ nescit, non probat ratio, nō commendat antiqua traditio. Nunquid patribus doctiores, aut deuotiones sumus? Periculose præsumi-

lendos esse persuadere nitebatur. ita referunt Chysost. Theodorus, & alij, contra quos sit.

RESOLVTIO

Angelus non potest coli cultu hyperduliæ neque latriæ, siue communi, siue heroico, ita Mellifl. in apposit.

Prob. Regula colendorum desumitur ex modis, quibus obiecta participant perfectiones diuinas: sed solus Deus habet perfectiones diuinas in se: sola humanitas Christi, & Beata Virgo participant eas substantialiter: Sancti autem solummodo participant accidentaliter, ergo solus Deus adorandus est cultu latriæ, sola Christi humanitas, & B. Virgo cultu hiperduliæ, & Sancti solo duliæ.

Maior patet, min. prob. ex hoc quod latria dicatur seruitus debita ei, qui habet omnes perfectiones in se, quod solius Dei propriū est hyperdulia, est nota submissionis ob excellentiam participatam substātialiter, quod humanitati Christi, & B. Virgini competit. dulia vero est nota submissionis propter excel. lentiam participatam accidentaliter. hæc autem conuenit Angelis, & alijs Sanctis, quibus nec hyperdulia nec latria competere potest propter rationes factas.

Dices D. Th. 3. p. q. 25. ar. 3. & ibidem Caiet. Bonauent. in 3. Marsilius, Carthusian. Capreolus, Ioan.

mus, quicquid ipsorum in talibus præcedentia præteriuit: Nec verò id tale est, quod nisi prætereundū fuerit patrum, qui fuerit omnino diligentiam præterisse. At valde honoranda est (inquit) Mater Domini. Bene admones, sed honor Reginæ iudicium diligit. Virgo Regia falso non eget honore, veris cumulata bonorum titulis, infulis dignitatum. Honora sane integritatem carnis, vitæ sanctitatem.

Doctr. Mellifl. pro Art. 5.
Text. 1.

Ex serm. 1. de S. Michaele.

Dignum est, vt gloriam non capientes, tanto magis amplectamur misericordiā, quam nimirum constat nihilominus abundare domesticos Dei, Cœli Ciues, Principes Paradisi.

Ioan. à S. Thoma admittunt Sāctos coli posse cultu latriæ modo colentium intentio feratur primario in Deum habitantem in illis tanquā in templo proprio. Resp. hoc esse verum, sed quia Bellarmin. lib. 2. de imaginibus cap. 22. & post ipsum Eminent. *de Lugo periculosum hunc cultum existimant, nec permittunt publicari. Ideo & ego ab illa doctrina abstineo.*

Dices, Idem cultus debetur membris, & capiti, sed Angeli sunt membra Christi in sentent. Melliflui. *ergo debebitur illis idē cultus, qui Christo, scilicet hyperduliæ. Resp. maiorem esse veram de membris physicis, non autem de mysticis.*

A R T. V.

Vtrum Angeli coli possint cultu inferiori dulia.

In extremum oppositum præcedenti, ruunt hæretici nostri temporis, negantes Angelis *omnem cultum eo, quod nulla illos speciali virtute, vel gratia præditos, & insignitos existiment, vel si quis illis cultus esset exhibendus solum ciuilem sufficere. hunc errorem Ioan. Maria Scribonius in sua* Theandria *disp.* 8. *q.* 7. *tribuit Caluino lib. 1. Instit. cap. 14. §. 12.*

Text. 2.

Ex serm. 77. in Cant.

Bene tecum agitur ò Mater Ecclesia, bene tecum agitur in loco peregrinationis tuæ: de Cœlo, & de Terra venit auxilium tibi. Qui custodiant te, non dormitant, neque dormiant. Custodes tui Angeli sancti, vigiles tui spiritus, & animę iustorum. Non errant, qui te ab vtriusque inuentā spiritibus senserint ab vtriusq; pariter custodiri.

Text. 3.

Ex serm. 2. de S. Michaele.

In hoc cognoscunt omnes etiam Angeli sancti, quod Discipuli Christi estis si dilectionem habueritis ad inuicem.

Text. 4.

Ex *cap. 6. libri de Anima.*

Diligunt siquidem suos cōciues supernæ potestates, & pro ijs, qui hæreditatem capiunt salutis, solicite congaudent, confortant, instruunt, protegunt, prouidentq;

Vualfango in psal. 38. & in Matt. cap. 8. Erasmo in sacra method. cap. de Angelis. Est etiam Bartolomæi Vastembri in psalm. 23. Oecolampadij in cap. 6. Isaiæ. Rodulphi Gualteri homel. 9. in cap. 19. Apocalyp. contra quos sit.

RESOLVTIO.

Iniuriosus est Angelis cultus ciuilis: ita ex appositis ostenditur in quibus dicuntur Ciues *Cœli. Ecclesiæ Custodes.*

Prob. 1. Ratione à de Lugo in 3. par. disput. 35. sect. 3. persona habēs plures titulos, propter quos est honoranda puta Regis, Marchionis, & Baroni. Si quis post habitis nobilioribus, agit cum illa iuxta minorem titulum, illam offendit: sed Angeli habent titulū, & perfectiones, propter quas debent adorari cultu duliæ, ergo, si quis illos solo cultu obseruantię coluerit, ipsos offendet.

Deinde falsum est Angelos esse partes communitatis alicuius ciuilis, politicæ, non subduntur legibus humanis, nec habent cum modo viuendi ciuili vllum commercium. Hinc est quod Mellifl. vocat illos Cęli Ciues, non Terrę, tota illorum communicatio est in ordine ad Gratiam, & Gloriā, vt Caiet. quæst. 81. art. 1. post Cyrillum cap. 5. in Ioan. & Tertullian. de Baptismo cap. 4.

Dices, potest fieri pręcisio illorum

omnibus. Omnes enim ipsi desiderant aduentum nostrũ quoniam ipsi de nobis expectant ciuitatis suę ruinas restaurari. Diligenter quærũt, & libenter audiunt bona de nobis, soliciti discurrũt medij inter nos, & Deum, &c.

Doctr. Mellifl. pro Art. 6. Text. 1.

Ex serm 27. in Cant.

Ego puto omnem animã talem, non modo cœlestem esse propter originem, sed, & cœlum ipsum posse, non immerito appellari propter imitationem. Et tunc liquido ostendit, quia vere origo ipsius de cœlis est. Est ergo cœlum sancta aliqua anima, habens solem intellectum lunam, finem, astra virtutes. Vel certe sol iustitiæ zelus, aut seruens charitas, & luna continentia. Quomodo enim claritas, vt aiunt, lunæ non nisi à sole est: sic absque charitate, seu iustitia continentię meritum nullum est. Hinc denique sepiens; O quam pulchra

rum titulorum, vt docet Vasquez. Resp. tales præcisiones esse iniuriosas habenti nobiliorem titulũ.

Dices 2. ex appos. 3. Angeli amant ciuium concordiam, ergo partem habent in ciuilitate.

Resp. Amant ciuium concordiam, quia Deus concordiam præcipit. Et quia est via ad statum gloriæ.

ART. VI.

Vtrum cultus duliæ debitus Angelis, sit absolutus, vel respectiuus.

Suppono latriæ, & duliæ cultum diuidi in absolutum, & respectiuum, & pro difficultate, suppono similiter questionem illam, quam Emin. de Lugo disp. 36. de Incarn. sect. 3. vocat celebrem, propter acre dissidium inter Suarem & Vasquem de illa subortum, esse sufficienter examinatam, & cum æquitate post rigorosum examen iudicatam à Reuerendiss. Capisucco, cum controuersia 26. quæ est de cultu sacrarum imaginum q. 2. §. 7. concludit, vnum, eundemque cultum esse imaginum, & exemplarium, ita vt imaginum cultus non sit alius a cultu exemplarium, & eodem cultu vtrumque colatur. Vnde imago Christi ado-

est, inquit, casta generatio cum charitate. Porro Stellas dixisse virtutes, non me pœnitet, considerantem cõgruentiã similitudinis. Quomodo nempe stelle in nocte lucent, in die latẽt? sic vera virtus, quæ sæpe in prosperis non apparet, eminet in aduersis. Illud sane cautelæ est, hoc necessitatis. Ergo virtus est sidus, & homo virtutũ, cœlum. Nisi quis forte cum Deum per prophetam dixisse legit, Cœlũ mihi sedes est, &c.

Text. 2.

Ex serm. 2. de S. Victore.

Frustra ad celsitudinem nititur gloriæ, qui prius nõ claruit virtute. Frustra fatuæ virginis sponso obuiam surgunt, quarum lampades extinguuntur: & ideo fatuę, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes. Absit mihi gloriari nisi in gloria illorum, quibus propheta congratulans ait. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota *adoratur cultu latriæ. B. Virginis hyperduliæ, & Sanctorum duliæ, & hæc posita sit.*

RESOLVTIO

Angeli possunt coli cultu duliæ absoluto, & latriæ respectiuo.

Prob. ex apposi. 1. *in quo docet animam iusti esse Cœlum, habens pro Sole intellectum, pro Luna fidem, virtutes pro astris, quibus quidem perfectiones absolute denotantur. cum vero addit hoc Cœlum esse sedem Dei, indicat perfectionem respectiuam, tandemque hæc duo in Angelis contineri concludens, duplici præfato cultu, docet esse colendos.*

Sequitur Mellifl. Doctor Angel. *in 3. d. 9. q. 1. ar. 2. vbi ait*: Duplex est modus, quo aliquis honoratur, ratione sui, & ratione alterius, secundum Philosophum in 1. Ethicorum. Laus, & honor differunt, quod laus debetur alicui propter bonitatem, quã habet in ordine ad alterũ: honor autem debetur propter bonitatem, quam habet secundum se. *Idem repetit ad* Anibald. *q. 1. ar. 2. & 3. part. q. 25. art. 2. semper ex hac doctrina inferens Christi humanitatem adorari latria propter verbum, & dulia propter sanctitatem creatam: concludensque hoc non esse inconueniens, cum ipsi Patri Deo debeatur latria propter diuinitatem, & du-*

dic, & in iustitia tua exaltabuntur. Et infert. Quoniã gloria virtutis eorum tu es. Pulchre nõ eorum, sed virtutis eorum gloria commẽdatur. Quæ enim sine virtute est gloria, profecto indebita venit, præpropere affectatur, periculose captatur. Virtus gradus ad gloriam: Virtus, mater gloriæ est. Fallax gloria, & vana est pulchritudo, quam illa non parturiuit. Sola est cui gloria iure debetur, & secure impenditur. Sancto Victori nec virtus, nec gloria deest: sed quemadmodum ambæ res, & quo ordine in homine processerunt, id operæ precium intueri. Pugnauit fortiter, viriliter superauit, & sic demum gloria, & honore coronatur. Quomodo nempe in glorius remansisset bellator fortis, humilis Victor? quamquã nec in die virtutis suæ sine gloria fuit signis, & prodigijs admirandus. Habemus dilectissimi in vita Victoris, & quod digne miremur, & quod salubriter imitemur.

dulia propter dominium, quod habet in creaturas. vide plura apud eundem q. 103. art. 3. vbi confirmat conclusionem Capisuccæ, de qua supra dictum est eundẽ esse motũ, quo aliquis mouetur in imaginem, & in id cuius est imago.

Dices, cultus latriæ est nobilior cultu duliæ, ergo non possunt respectu eiusdem termini exerceri. Resp. cultum latriæ absolutum esse nobiliorem cultu duliæ, concedo respectiuum, nego. siquidem vt bene obseruat Ioan. a S. Thoma per totam q. 85. disp. 25. 2. 2. nobilius est coli cultu duliæ, quam latriæ respectiuo, quia per duliam honoratur id quod est in eo, qui colitur: per latriam respectiuam, id quod est in eo ad quem refertur.

Dices, ista resolutio est contra præmissam doctrinam Capisuccæ docentem, eundem esse motum in imaginem, & prototipon, & cultum similiter eundem. Resp. duas esse imaginum species. Vnam quæ nullam habet propriam perfectionem, sed tantum repræsentatiuam, quales sunt arte factæ; alteram naturalem, quæ per veros virtutũ caracteres sua exemplaria repræsentant. de prima loquebantur Vasq. Suar. Lugo, & Capisucca de secunda nostra resolutio. Vide locum supra citatũ ex cap. 68. de inter. domo: Quas virtutes quanto plus habebis, tanto propinquior eris Deo, & maiorem tui conditoris geres similitud inẽ.

ART.

Doctr. Mellifl. pro Art. 7.
Text. 1.

Ex serm. 15. in Cant.
Angelorum Dominus etiam hominum Deum se nominat.

Ex serm. de septem Spiritibus.
Videri potest minus eruditis, & qui parum exercitatos habent sensus omnẽ cogitationẽ non alterius, quã ipsius humani spiritus esse sermonem; quod non ita esse, & certa fidei veritas probat, & diuinarum testimonia scripturarum. Audiam (inquit psalm. 84.) quid loquatur in me Dominus, nõ quid ego loquar, & Zacharias cap. 1. Angelus (inquit) qui loquebatur in me.

paulo post.
Certum est Angelum bonum numquam loqui ex semetipso, sed Deum esse, qui loquitur in ipso.

ART. VII.

Vtrum homines ex alijs aliquibus titulis, cultum Angelis teneantur exhibere.

A Patribus addensata bonorum Angelorum epitheta, sicut facilius est vnita venerari, quam sigillatim distinguendo recensere: sic etiam expressos ab illis titulos, quibus eorumdem cultus hominibus commendatur. Innumera sunt beneficia, quæ per Angelorum manus misericors omnium conditor ad nos transmittit. quare præcipua quædam, eaque splendidiora, ex multorum coaceruata congerie segregabimus, quæ tepiditatem nostram excitent, & ad persoluenda debita ministris vsque adeo fidelibus, efficacius cohortentur. Sit igitur.

RESOLVT. I.

Voluntas Dei per scripturam viatoribus intimata, eosdem ad cultum Angelis exhibendum indispensabiliter pronocat, & impellit. ita Mellifluus in appositis.

Habetur resolutionis huius fũdamentum cap. 23. Exodi vbi versu 2. legitur: Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via: ob-

obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet te eum peccaueris, & est nomen meum in illo. *Ad quæ alludens Mellifluus in apposito 1. docet Deum esse Deum Angelorum & hominum, & per eos hominibus suas intimare voluntates, vt scires, illos esse Dei nuntios, & sicut fideles proxenetas Dei esse audiendos, & honore cumulandos.*

Nam quod Deus edixit, quis ausit infirmare? itaque si Deus vel per seipsum immediate, vel per aliquam sui obiectam speciem in actu signato commostret acceptum sibi esse, vt creatura aliqua sit in veneratione, non poterit superesse dubium, quin creatura illa speciali veneratione sit afficienda. Iubet autem per semetipsum Deus Angelos esse colendos, audiendos, & eorum monitis esse obtemperandum. ergo ex Dei voluntate audiendi sunt, & colendi.

Text. 2.

Ex serm.5.de Dedicat.

Et Propheta: Ego autem mendicus sum, & pauper, Dominus solicitus est mei. Planè artificiosa connexio v-triusq; considerationis, qua velut vno momento descendens pariter, & ascendens, & se pauperem, & mendicū, & Deum pro se solicitū vidit. Angelicum est illud ascendere, & descendere simul. Videbitis, ait, Angelis ascendentes, & descentes super filium hominis. Neque enim talis aliqua vicissitudo in eorum ascensionibus, & descensionibus est, simul & mittuntur in ministerium propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis, & assistunt vultui maiestatis:

Confirm. ex Matth. cap. 18. Angeli eorum semper uident faciem Patris, *quibus inhærens Mellifl. Angelicam dignitatem commendatam obseruat, & quidem ex duplici capite, nimirum quia assistunt Deo, & quia Dei filio deseruiunt, quis enim audeat dicere non colendos, quos in assistentes, & ministros sibi tanta maiestas assumit? Illis potius quā Salomonis auditoribus effatum*

Deo misericorditer prouidente, vt & nob is sit consolatio, & eis tribulatio nulla. Alioquin quando æquanimiter paterētur ab illo vultu gloriæ, in quem semper prospicere desiderant, propter nos, vel ad modicum separari?

Ex Serm. 19. in Cant.

Sed nec ea, quæ appellata sunt Seraphim, quippe quæ ipsa charitas Deus in se adeo traxit, & absorbuit, atque in eodem rapuit sanctæ affectionis ardorem, vt vnus etiā cum Deo, esse spiritus videatur; instar profecto ignis, qui aerem, quem illuminat dum suum ei calorem totum imprimit, induitque colorem, non ignitum, sed ignem fecisse cernitur.

Text. pro Resol. 2.

Ex serm. 1. de S. Michaele.

Huius vtique tanti ministri, gratia nihil mirum si dignanter nobis imo, & libenter Angeli sancti ministrent. Ipsi enim amant nos, quia *Reginæ Sabæ competit*, Beati qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam: *illis inquam de quibus Gregorius ait*, Non reuocantur à custodia humilium, & eorum quos mundus viles, inualidos; impotentes miseros, & inopes contemnit. sed in illo absque vlla interruptione commorantur.

Nec ad recedendum à resolutione valet, quod Tertullianus obijcit lib. 5. contra Marcionem cap. 1. Nemo sibi protessor, & testis est, *minus adhuc quod hæretici ex Ioan. cap. 1.* Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum verum non est. *non valet inquam, quia non à se* Angelus, *sed ex Deo loquitur, vt docet text. 1. fauetq;* Augustin. *ser. 43. de verbis Domini.* quomodo verum non est testimonium veritatis? nonne ipse est, qui dixit ego sum via, veritas, & vita.

RESOLVT. II.

Amor quo nos prosequuntur Angeli ad eorumdem cultum nos allicit.

Antecedens resolutionis est expressum in textu, ex qua pariter deducit consequens, siquidem in Deum absorpti, eius similiter imbibuntur affectibus, & quia Deus *in hominum amorē procliuis est, eo inclinant fideles aulici, quo principem*

nos Christus amauit. Dicitur certe vulgari quodam prouerbio. Qui me amat, amat & canem meum. Nos vero ò beati Angeli, catelli sumus Domini illius, quem tanto affectu diligitis, catelli inquam cupientes saturari de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum nostrorum, qui estis vos. Et hæc dixerim fratres, vt ampliorem de cœtero erga beatos Angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra eorũ inuocetis auxilia: sed & dignius in eorum præsentia conuersari, & magis, ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare beneuolẽtiam, exorare clementiam studeatis.

Ex serm. 83. in Cant.

Magna res est amor si tamen ad suum recurrat principium, si suæ origini redditus, si suo refusus fonti, sẽper ex eo sumat, vnde iugiter fluat.

pem vident inclinare. iam ex Mellifluí doctrina ser. 83. in cant. Magna res est amor, si tamen ad suum recurrat principiũ, &c. *Subsumo ad consequentiam. cum Angeli diligant homines, quia vident Deum suum ipsos diligentem, decet homines in Angelorum ferri dilectionem, quandoquidem idem Deus illos diligit. alias eluditur antiquorum paræmia,* magnes amoris amor.

Addo magni Caramuelis argumentum, explicatum in Theologiæ fundamentalis lib. 2. de lege naturali art. 4. Angelos, & homines proximos esse, & mutuam inter se amicitiam teneri seruare, debent se amare in inuicem, & possent in excessu, & defectu peccare. *quid igitur consequens est, si Angelis diligentibus homines, homines Angelos non diligant, nisi quod homines contra naturæ preceptum sint peccaturi?*

Dices, Angelos diligere homines amore concupiscentiæ, prob. ex cap. 6. libri de anima, vbi Mellifluus habet, quod omnes Angeli diligunt homines cõciues suos, & eos expectant, quasi de illis ruinas suæ ciuitatis restauraturi. *Resp. hunc esse affectum beneuolentiæ, quia nullum emolumentum ex hoc percipiunt Angeli, sed solum gaudium de hominum salute, quos amant.*

Text. pro Resolut. 3.

Ex *serm. 62. in Cant. num 1.*

Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna macerię. Nec puto abs re si intelligimus Angelorum custodiā vicem exhibere maceriæ in vinea Domini, quæ est Ecclesia prædestinatorū.

Text. 2.

Ex serm. 10. Dedicationis Ecclesiæ.

Festiuitas hæc nostra, quia de Ecclesia nostra.

Ex serm. 4. eiusdem.

Miramini forte cur ista præloquimur, cū vestris sese obtutibus Ecclesia præsens manifestius ingerat cuius anniuersaria dedicatio celebratur. Quis enim parietes eius sancto dicere vereatur, quos manus sacratæ Pontificum tantis sanctificauere mysterijs?

RESOLVT. III.

Angelis ex Ecclesiæ patrocinio laudis, & gloriæ debetur à fidelibus incrementum.

Not. pro explicatione, & probatione simul. Ecclesiæ nomen esse valdè æquiuocum, aliquando ponitur pro æde arte humanâ constructa, in hoc sensu dicimus in Ecclesiam conueniendum.

Secundo sumitur pro coetu fideliū sub vno capite cōgreato, idque dupliciter latissime videlicet, & generaliter prout non solum homines, sed etiam Angelos, & Beatos complectitur, in quo sensu D. August. dicit, quod Ecclesia est: Societas creaturæ rationalis supernaturali cognitione Deo adhærens eiusq; verò cultu inter se cōmunicans. *Et strictè prout definitur à Stapletone, Bellarmino, Banne, & alijs:* Societas visibilis fidelium baptizatorum sub vno capite Christo in Cœlis, & Vicario eius in Terris, inter se eodem cultu cōmunicantium: *Quamuis igitur resolutio possit intelligi de Ecclesia in prima acceptione, quatenus Angeli multa templa, vel construxerunt, vt habetur in vita S. Clementis Martyr. vel construi curarunt, vt fertur de Monte Gargano, Mole Adriana, & alijs in quibus miracula patrantes, & beneficia profundentes, reuerentiā venerationem, & cultum populorū*

au-

Text. 3.

Ex Serm. 4. de Dedicatione.

Benignus es Domine, nec nostrorum hac fragili protectione murorum potes esse contentus, sed ipsis hominum prælatis hominibus Angelicam quoque custodiã superponis, vt muros defẽsent. Insufficiens est ministratio nostra, nisi, & nobiscũ & pro nobis administratorios spiritus, in ministerium mittas.

Text. 4.

Ex serm. 31. in Cant.

Bonus es Domine sperãtibus in te, animæ quærenti te. Sed & Angelus eius, qui vnus est de sodalibus sponsi, in hoc ipsum deputatus, minister profecto, & arbiter secretæ mutuæque salutationis, is inquam, Angelus quomodo tripudiat, quomodo collætatur, & cõ-

auxerunt, sibique conciliarunt, vt habes in apposito 2. text. Attamen in hac vltima acceptione intelligenda est.

Cuius natalitia sicut Angeli collaudantes celebrarunt quum nascente Christo, Deo gloriam annunciauerunt, & hominibus pacem: ita deinceps de illius solliciti semper se exhibuerunt incremento. Certat illorum studium in promouenda noua, cum cura, & vigilantia, qua veteri astiterunt, vnde sicut antiquis Patribus cõiũcti veterem conseruarunt, & auxerunt: ita & modo Doctoribus vniti, Ecclesiam purgant, illuminant, & perficiunt, & hoc est quod intendit Mellifl. in tertio apposito, Doctoribus Angelos consocians, eosque pastoribus in Ecclesiæ regimine, & instructione coniungens, vt vnum cum illis perfectum ministerium exæquantur. Iam ad resolutionem remeans, sic concludo. Præcipit Apostolus fidelibus, vt euangelizantibus Doctoribus reuerentiam, & amorem exhibeant, cur non & Angelis, qui tam alacri animo ad homines descendunt, vt vel à periculis liberent, vel à tenebris eruant, vel de necessarijs instruant. sane Mellifluus serm. 30. in cant. postquam descripsit Ecclesiæ fæcunditatem, & per totum iam dilatatum orbem ostendit, statim inducit Angelos eidem congaudentes, & de multiplici filiorum conuersione lætantes, sic dis-

delectatur, & conuersus ad Dominũ dicit: Gratias ago tibi Domine maiestatis, quia desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eam. Ipse est, qui in omni loco sedulus quidã pedissequus animæ non cessat sollicitare eam, &c.

differens. hoc certe vinum (*id est hæreticorum, & gentilium pœnitentia, & ad Ecclesiam transitus*) lætificat cor hominis, hoc constat, & Angelis bibere cum lætitia: gaudent in conuersione, & pœnitentia peccatorum, salutem hominum sitientes. *Quid ni & fideles Angelis corridebunt? quid ni coram illis procumbentes, illorum in Ecclesiam beneficia, & propter tantam beneficentiam beneficos adorabunt*.

Text. pro Resolut. 4.

Ex serm. 32. *in Cant.*

Iam vero magni patrisfamilias, seu Regis Maiestatis schema apparere existimo his, qui accedentes ad cor altum de maiori spiritus libertate, & puritate consciẽtiæ magnanimiores facti cõsueuerunt audere maiora, inquieti prorsus, & curiosi secretoria penetrare, & apprehendere sublimiora, & tentare perfectiora non modo sensuum, sed & virtutũ. Hi enim pro fidei magnitudine digni inueniuntur, qui inducantur in omnem plenitudinem: nec est omnino in omnibus apothecis sapiẽtiæ à quo Deo scientiarum

RESOLVT. IV.

Efficax Angelorũ oratio ingerit mortalibus illos deprecãdi fiduciã.

Efficax pro resolutione habes in apposit. fundamentum, ex quo expedit syllogisare in hunc modum, dantur inter homines etiam viatores, qui: magna audent, quoniam magni sunt, & quæ audent obtinent: *quanto magis inter Angelos, imo quanto magis* Angeli, *qui perfectionem non paulatim, non per succedentia sibi temporis instantia. sed in prima sui constitutione consequuti, sanctitatem per verbum sibi infusam nunquam fœdarunt, nunquam macularunt, sed pijs potius auxerunt affectibus, itaut ex ea, & propria substantia, massam vnam compactam habuisse viderentur? hi sunt, quos à mundi natalibus sibi delegit in munificos Regiæ suæ maiestatis Assistentes prima celsitudinum*

Dominus arcendos censeat cupidos veritatis, vanitatis non cōſcios. Talis erat Moyſes, qui audebat dicere Deo: Si inueni gratiam in oculis tuis, oſtende mihi teipſum. Talis Philippus, qui ſibi, & ſuis cōdiſcipulis patrem flagitabat oſtendi. Talis, & Thomas, qui niſi ſua manu tangeret vulnus, & foſſum latus, credere recuſabat. Puſilla fides, ſed de magnitudine animi miro modo deſcendens. Talis quoque Dauid, qui, & ipſe dicebat Deo, &c.

Text. 2.

Ex ſerm. 66. in Cant.

Liberè petitur, quod in poteſtate potentis accipere eſt.

Ex ſerm. 6. de Dedicat. Eccleſ.

Porro Angelos eſſe in loco iſto aſcendentes, & deſcendentes patriarchalis ipnum celſitudo, quorum induſtriam bellum cum dracone fœlici exitu conſummatum probauit, quorum precibus adepti ſunt deſideria ſua æquitatis lance ponderata Abrahā cum ſponſam filio ſuo per ſeruum poſtularet, Iacob cū ab impio Eſau liberari flagitaret, Tobias cum de paupertate ſubleuanda ſollicitus filium ad Medorum ciuitatem dirigere cogitaret. Nouerant Patres illi ex diuturno cum Angelis inito cōſortio naturæ illorum proprium eſſe quanto cyus à Deo impetrare, quod eorum nomine fideles aſſeclę ſibi, & alijs pollicentur. Vnde par eſt incendi in clientum animis ardens ſtudium grati animi, & cultus, tam beneuolis, tamque beneficis exhibendi.

Mira Bernardi ſententia, quam ſub num. 2. huic Commentario appoſuimus, quæ quamuis de filio incarnato proprie fuerit pronunciata, per analogiam tamen poteſt, & Angelis applicari. Siquidem vnū iam ſunt cum Deo per concordiā voluntatis, ſuas enim voluntates, ita iuſtitiæ ſubdunt, vt Deum nō dedeceat velle, quod ipſi volunt, & per hoc. quod ab eius voluntate non diſſentiunt Deum ſibi ſpecialiter iungunt.

Merito igitur Beatos illos ſpiritus, Angelos orationis; Tertull. vocauit lib. de oratione capit 12. nam & orationi præſident, & orationi vacant, & quod oratione poſtulant ſtatim à Deo conſequūtur.

ſa viſio manifeſtat aſcendẽtes, vt videant faciem Patris, deſcendentes vt prouideant nobis.

tur. Nec erubuit idipſum fateri Raphael, Tobiam, affatus Auguſtini iudicio ſerm. 226. de tempore, cum benefici ducis defunctus munere, ſollicitis de mercede ſic ſermonem concluſit. Quid de mea mercede ſatis ſuperflue cogitatis? habete quod vobis donauit pater ille cęleſtis, ego miniſter ſum curationis, ille eſt author ſalutis, ergo fidendum orationibus Angelorum.

Text. pro Reſolut. 5.

Ex ſer. 12. *in pſal.* 90.

Cœterum ſi deſcendunt malignum, vt circumueniãt, gratias ei cuius mãdato deſcendunt, & benigni Angeli, vt ſubueniant nobis, vt cuſtodiant nos in omnibus vijs noſtris. Neque hoc ſolum, ſed in manibus, inquit, portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Quanta nobis fratres, in huius ſcripturæ verbis, & eruditio, & admonitio, & cõſolatio exhibetur? Quis in omnibus Pſalmis tam magnificè puſillanimes conſolatur, negligentes admonet, erudit ignorantes?

RESOLVTIO V.

Dominium in Dęmones Angelorum patrocinium ſacro aliquo cultu, & pijs erga illos exercitijs quærendum eſſe ſuadet. pro qua nota Dęmonem intenſius in Deum odium concepiſſe, quam in Homines, quia cum vidiſſet humanum genus natura, ſibi inferius ad ſublimem illum dignitatis gradum, quem præ ſe fert vnio hypoſtatica prouehendum eſſe, ægre admodum, & vſque adeo moleſte tulit, vt inuidia percitus, ac indignatus ſtatim a Deo deſciuerit, cęteros ad defectionem excitarit, & homini tanquam Dei dilecto bellum indixerit nullo vnquam fęderis vinculo finiendum. eſt ergo illi bellum contra Deum, & propter Deum cõtra Hominem. ita Chriſoſt. Vexatio, *inquit,* diaboli aduerſus nos eſt, principium autẽ vexationis eſt factum, non ab inimicitia eius, quæ eſt ad nos,

ſed

Text. 2.

Ex cap. 4. lib. 5. de Consid.

Putemus Potestates superiores istis quarum virtute potestas tenebrarum cōprimitur, & coercetur malignitas aeris huius, ne quantum vult noceat, nec malignari, nisi vt pro sit p[o]ssit.

Et infra ibidem.

Cernere est in Dominationibus quantæ sit Dominus maiestatis, cuius nutu imperium constat, & imperio vniuersitas, atque æternitas termini sunt. Cernere est in Principatibus principiū ex quo omnia, & quomodo à cardine ostium, sic ab ipso regi vniuersitatem. Cernere est in Potestatibus, quā potestatiue idem princeps, quos regit protegit, contraria potestates arcens, & propulsans. Cernere est in Virtutibus vnam vbique æqualiter præsto esse virtutem per quam omnia, &c.

sed ab inimicitia, quæ est ad Deum.

Hoc prænotato, non sequitur Deum de rigore iustitię homini, quātumuis dęmonum artibus exposito suppetias Angelicas debuisse prouidere, nec similiter ad hoc munus, & exercitium Angelos ipsos natura sua teneri. Deus enim nemini debitor est, neque Angelus ex primaria creantis intentione fuit ad ministerium hominis deputatus, sed Dei. quidquid in contrarium effutiat Origenes, totum igitur hoc negotium immensæ Diuini Numinis beneficientiæ deputandum est, cuius imitatores Angeli, in eius totaliter voluntatem absorpti, Angelicam demittere dignitatem non erubuerunt, sed vili ministerio sese submiserunt, & submittunt, quod demiratus noster Mellifluus egregiè descripsit in apposito primo in quo gratiā Dei, & Angelorum obedientiæ totam tanti beneficij seriem adscribit. de anima purgata ab omni peccati labe dictum existimauit Mellifluus illud cant. cap. 6. Pulchra es amica mea suauis, & decora sicut Hierusalem terribilis vt cāstrorum acies ordinata: *Pulchra quidem, quia virtutibus ornata, sed terribilis propter Angelorum custodiam.* Angelus, *inquit Guillelmus Parisiensis*, quia faciem Patris contēplatur per Hierusalem, quæ visio pacis interpretatur, apte designatur; quo-

Ex ferm.11. in psalm.90.

Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In quibus omnibus vijs? Quibus declinas à malo, quibus fugis à ventura ira. Multæ ſunt viæ, & genera multarũ viarum. Magnum profectò periculum viatori. Quam facile in multarum occurſu errabit in via ſua, qui viarũ diſcretione caruerit. Nam neque Angelis mandatum, vt in omnibus vijs cuſtodiãt nos, ſed in omnibus vijs noſtris.

Doctr. Melliſl. pro Art. 8. Text. 1.

Ex *ferm. de ſeptem Donis Spiritu Sancti contra ſeptem vitia.*

Ordinata procedit acies aduerſus ſeptẽ peccati gradus Spiritus ſeptiformis. Et primus contra negligentiam timor exurgit, nimirum ipſe eſt, quo concutitur anima, diſcutitur conſcientia, excutitur ſopor læthalis, incutitur ſollicitudo.

quoniam vero mittũtur propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis per caſtrorum aciem ordinatam figurantur. Sibi ſunt hieruſalem: nobis caſtrorum acies: *Conſentiunt Guillelmo Patres interpretantes locum illum Pſ.124.* Montes in circuitu eius, *de Angelorum cuſtodia, qua clientes ſuos velut præſidio, & armis circumſtant, ambiunt, & protegunt. Ita Tertull. libro de Anima cap. 37. Dominus in circuitu eius, id eſt,* Angelus tutelaris in circuitu eius eſt. *Talibus vallati muris, & propugnaculis dæmonum inſultus, & aggreſſus non timent, ſed rident.* Et *merito ſi ad textum ſecundum applicueris. Quid igitur beatius, quam tanti momenti præſidium poſſe precibus, & obſequijs ad beatos Angelos frequentatis conſequi, & obtinere.*

ART. VIII.

De dimenſionibus cuſtodiæ Angelorum.

Dimenſiones charitatis aſſignaturus Mellifluus noſter Doctor hæc ſcribit cap.14. lib. 5. de Conſider. Ama perſeueranter, & longanimiter, & habes longitudinem. Dilata amorẽ tuum vſque ad inimicos, & latitudinem tenes. Eſto etiam in omni ſolicitudine timoratus, & ſublime, profundumque ap-

Ex ferm. 76. in Cant.

Non otiose toties repetitum est, Petre amas me, in commissione ouium.

Text. 2.

Ex *ferm.* 1. *S. Michaelis.*

Hic est funiculus triplex, quo de excelso cœlorũ habitaculo ad consolandos, ad visitandos, ad adiuuandos nos attrahitur supereminẽs charitas Angelorum propter Deum, propter nos, & propter seipso.

Ex ferm. 4. *Dedicationis.*

Illa ergo Hierusalem, quę sursum est, nec vicissitudines patitur, nec custodibus eget, nostris potius necesse est diebus, & noctibus deputari custodes. Benignus es Domine, nec nostrorum hac fragili protectione murorum potes esse cõtentus, sed ipsis hominum prælatis hominibus Angelicam quoque custodiam superponis, &c.

apprehendisti. hæ sunt, & Angelicæ custodiæ dimẽsiones, quæ charitatis proles, & parens cum sit, mirum non est si charitatem æmulatur. Iam ad singulorum examen, sed ordine præpostero veniamus. & sit.

RESOLVT. I.

Angelicæ custodiæ profunditas, & altitudo, in eorumdem sollicitudine, & timore consistit.

Pro hac nonnulla præmittenda sunt. & præcipue ne Mellifluus *videatur sibi contrarius in textibus sub num.* 1. *constitutis obseruandum est timorem esse duplicem filialem nimirũ, & seruilem, iste, sibi intentus, aliorum oblitus, totus est in euitandis pœnis, in mercedibus assequendis. Ille ex aduerso sui oblitus, & alijs intentus, sollicitus est de bonis superiorum, æqualium, & inferiorum.*

Itaque Angelus *hoc captus timore, siue quod verius est hoc incensus amore, nam timor filialis partus est casti amoris. Sollicitus est propter Deum, propter se, & propter nos. sicut docet* Mellifluus *in apposit. sub num.* 2. *verificans antiquorum parœmiam.*

Res est solliciti plena timoris amor.

Propter Deum, quia sollicitudo, quam habent Angeli de salute Hominum prouidentiam Dei eximie prædicat, ita docet Mellif. *in*

Text. 3.

Ex serm. 31. in Cant.

Ipse est qui in omni loco sedulus quidã pedissequus animæ non cessat sollicitare eam, & assiduis suggestionibus monere dicens.

& post pauca.

Fidelis paranymphus, qui mutui amoris conscius, sed non inuidus, nõ suam quærit, sed Domini gratiam; discurrit medius inter dilectũ, & dilectam, vota offerens, referens dona. Excitat istã, placat illum. Interdũ quoqua (licet raro) repræsentat eos pariter sibi, siue hanc rapiens, siue illum adducẽs. Siquidem domesticus est.

Text. 4.

Ex *Serm. 2. in Vigil. Natiuitatis Domini.*

O si cognosceremus, & nos quomodo expectant, & quantum desiderant aduentum nostrum, quam sollicite quærunt, quam libenter audiunt bona de nobis.

fine lib. 5. cap. 4. de Consider. his verbis: Cernere est, & mirari in Angelis, & Archangelis veritatem, atque experientiam vocis illius: quoniam ipsi cura est de nobis, qui talium nos, & tantorum non desinit iucundare visitationibus. Instruere reuelationibus, suggestionibus commonere, sedulitate solatiari: *Quis enim ambigat Deum curare hominem, dum nobilissimos suæ Regiæ Principes eorum custodiæ destinat? propter se, quia vile adeo ministerium non aspernantes, vt dicit idem in serm. de S. Martino.* Exempla sunt obedientiæ si diligenter attendas, eo sane acceptabiliora, quo in materia digniori.

Propter nos tandem, quia licet non agnoscamus huius custodiæ necessitatem, agnoscunt illam Cæli ciues, vnde merito nos arguit, Mellifl. serm. 11. in psalm. 90. Quid nos soli nobis non adsumus? quid soli negligimus nosmetipsos? an ideo dissimulandum nobis, quia vndique subuenitur nobis? neque enim tam magna pro nobis in Cœlo pariter sollicitudo gereretur, si non nobis magna incumbere necessitas videretur: non tam multiplex custodia, nisi ob multiplices insidias poneretur. *En igitur sublime, & profundum. Angelicæ custodia, à Deo ad homines; ab hominibus ad Deum.*

O *quam*

Quid tamen de his loquor, qui didicerunt ex his, quæ passis sunt compassionem, quando & ipsi nos Angeli sancti desiderant? Nonne de vermiculis istis, & de puluere isto restaurandi sūt muri cœlestis Hierusalem? Putatis quantum desiderāt ciues cœlestes instaurari ciuitatis suæ ruinas? Quomodo solliciti sunt, vt veniant lapides viui, qui coædificentur ei? Quomodo discurrunt medij inter nos, & Deum, fidelissime portantes ad eum gemitus nostros, & ipsius nobis gratiam deuotissime reportantes?

O quam sublimis, & quam profunda dimensio.

Sollicitudinem hanc colligit Nazianzenus orat. 3. obuium habens locum psal. 103. Qui facis Angelos tuos, spiritus, & ministros tuos ignem vrentem, *quibus addit*, Angelus ignis appellatur, quia purgandis animis adhibetur. *Sicut enim ignis in inferioribus istis regionibus otiare nequit, sed vel cōburat necesse est, vel ad regionem reuertatur, ita Angelus (addit Isidorus Pelusiota in Catena Græcorum ad caput 3. Lucæ)* ignis vrens dicitur propter abundantiam, & copiam inuidentiæ expertem, quandoquidem vnus ignis mille lampades accendit, nec minuitur, sed alias iterum totidem, imo plures valet accendere. *Optime sane, sed non minus suauiter Melliſl. in 3. apposito. & 4.*

Text. pro resolutione 2.

Ex lib. 5. cap. 4. de Consid.

Quid sibi vult gradualis distinctio hæc? Putemus Angelos dici (nisi tu cōuenientius aliquid considerasti) qui singulis. Singulis hominibus dari creduntur missi in ministerium secundum Pauli doctrinam propter eos, qui hæreditatem

RESOLVT. II.

Latitudo Angelicæ custodiæ ad omnium hominum curam extenditur.

Probant scholastici etiam ad præscitos extendi. Primo, quia etiam præsciti quamdiu viuunt habent libertatem ad bonum, & malū, ergo indigent custodia Angelorum. Antecedens prob. Nam Dei præscientia non tollit præscitis libertatem, ergo sicut sine prædestinatione, & præscientia essent li-

capiunt salutis, de quibus Saluator Angeli eorum semper vident faciem Patris.

Ex ser. 11. in psalm. 90

Vias quoque Angelorum ad easdem nihilominus tēdere manifestum est. Cum enim ascendunt ad contemplationem inquirūt veritatē de qua, & desiderando satiantur, & satiando desiderant. Cum vero descendūt, faciunt nobiscum misericordiam, vt custodiant nos in omnibus vijs nostris. Administratorij enim spiritus sunt missi in ministerium propter nos. Planè ministri nostri, non Domini nostri. Et in hoc vnigeniti formam imitantur, qui non venit ministrari, sed ministrare: qui stetit inter discipulos tamquam qui ministrat. Fructus Angelicarum viarum, quod ad ipsos spectat, sua ipsorum beatitudo; & obedientia charitatis; quod autē ad nos pertinet, inde quidem obtentus Diuinæ Gratiæ, hinc vero custodia viæ nostræ.

liberi sic ea posita.

Secundo, quia in prædestinatis inueniuntur effectus, qui in præscitis, & vice versa, siquidē præsciti bona multa operantur sicut prædestinati, ergo affectus custodiæ sunt in illis, sicut in istis. Nam primus effectus custodiæ est inducere ad bonum. Secundus effectus est retrahere à malo, hoc etiam faciunt Angeli in præscitis, nam insurgente passione retrahuntur ab Angelis à malo, quod erant facturi, retrahentibus Angelis per pias illuminationes, & dissuasiones. Tertius, est tollere impedimenta profectus spiritualis, quod similiter Angeli in præscitis operantur. Siquidem præsciti, sæpe prædestinatos superant in virtutum incremento. Quod à Dæmonibus nescientibus, qui sint prædestinati, & qui præsciti semper impugnatur. Quartus effectus est ab exterioribus periculis eruere clientem, & iste similiter in præscitis reperitur. Denique ad ~~doctrinam~~ verā custodiam pertinet, quod necessaria ad salutem omnibus concedantur, alias conqueri possunt de Deo præsciti.

Hanc resolutionem docuerunt ipsimet gentiles Philosophi Plato 4. de legib. Plotinus enn. 5. lib. 8. cap. 3. Mercurius Trismegist. in Pymandri, inter Catholicos August. lib. 10. de Ciuitate, ad fratres in eremo serm 68. Hieronym. in exposit. 11. cap. in Ecclesiast. & in

Text. 2.

Ex serm.6. Dedicationis.

Porro Angelos ascendẽtes, & descendentes, esse in loco isto patriarchalis ipsa visio manifestat. Ascendẽtes, vt videãt faciem patris, descendentes vt prouideant nobis.

Text. 3.

Ex lib.5.cap.4. de Consider.

Putemus his præesse Archangelos, qui conscij misteriorum Diuinorum, non nisi ob præcipuas causas, & maximas mittuntur.

Text. 4.

Ex serm.5. Dedicat.

Planè artificiosa connexio vtriusque considerationis, qua velut vno momẽto descendens pariter, & ascendens, & se paupetem, & mendicum, & Deum pro se sollicitum vidit. Angelicũ est illud ascendere,& descẽ-

in cap. 6. Michæa, Basil. lib. de Spiritu Sancto cap. 13. Angeli hominibus dati sunt, ceu Pedagogi, ac morum gubernatores: *Origen. in Apocalyps. Chrysost. homil.*14. *in epist.ad hebręos, Cyrill. contra Iulian. lib.* 4.

Extendunt 2. *custodiam Angelorum ad Infideles. Primo, quia non sunt peiores Antichristo, & prescitis, hi enim magis distant à fine custodiæ* Angelicæ, *quã Infideles quorum aliqui conuertuntur, & saluantur; illi vero nunquam ne vnus quidem. Tertio, propter ordinem diuinæ iustitiæ, & prouidentiæ.*

Tertio, extendunt ad perfectissimos quosuis viatores, vnde concludunt etiam Beatiss. Virgini, Ioanni Baptistæ, & alijs huius notæ viatoribus concessos fuisse Angelos *Custodes. Quibus tamen Angeli nobiliores, & altioris ordinis adiudicant, sicut exprimit manifeste Mellifl. in text.* 3.

Quarto, extendunt ad pueros, quibus in instãti natiuitatis, Angelus in custodiam deputatur, ex D. Hieronymo supra Matth. contra Origenem, qui solis prædestinatis, Angelum *assignari volebat. Ratio quæ contra eum militat est, quia* Angelicæ *custodiæ finis est, vt homo possit peruenire ad hæreditatem salutis, non autem vt perueniat.*

Has autem resolutiones docet passim Mellifluus, *non in appositis*

so-

dere simul. Videbitis, ait, Angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis. Neque enim talis aliqua vicissitudo in eorum ascensionibus, & descensionibus est, simul & mittuntur in ministerium propter eos, qui hæreditatem capiũt salutis, & assistunt vultui maiestatis: Deo misericorditer prouidente, vt & nobis sit consolatio, & eius tribulatio nulla. Alioquin quando æquanimiter paterentur ab illo vultu gloriæ in quẽ semper prospicere desiderant, propter nos, &c.

Ex serm. 12. in Psalm. 90.

Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, nempe etiam ipsi, qui vidẽtur muri, aut in muro ipso columnæ, his custodibus ægẽt, & maxime Angelis suis mandauit de te.

Text. pro Resolut. 3.

Ex serm. 31. in Cant.

Ipse enim est, qui in omni loco sedulus quidam pe-*solis, sed vbicumque loquitur de* Angelica *custodia, siquidem semper vtitur nomine pluralis numeri, nos, homines, &c. quæ voces ad omnes homines viatores referuntur, cum non sit maior ratio pro vno, quam pro altero, pro malis, quam pro bonis, pro infantibus, quam pro senibus: pro prædestinatis, quam pro præscitis. Et ideo Doctor Angelicus* 1. *par. qu.* 113. *art.* 4. *Christianę concludit in corpore cum Hieronym. citat. quod omnibus hominibus ab instanti natiuitatis*, Angelus *custos deputatur, quia quamdiu homines sunt in via, debent tendere ad terminũ, qui est Dei possessio, in qua cum multa pericula immineant tum a b intrinseco, iuxta illud psalm.* 141. In via, qua ambulabam absconderunt laqueum mihi: *Ideo omnibus, & singulis necessaria est* Angelorum *custodia*. Alioquin, *subdit Mellifl. serm.* 11. *in psalm* 90. facile tibi est incurrere in vias mortis, vt videlicet, aut d e necessitate in obstinationem, aut in præsumptionem de cupiditate prorumpas: quæ quidem non iam hominum, sed dæmonum viæ sunt. *Ex his facile est ad obiectiones respondere*,

RESOLVT. III.

Longitudo custodiæ Angelicæ in custodiendi perseuerantia, & longanimitate posita, obsequia & re-

dissequus animæ, non cessat sollicitare eam, & assiduis suggestionibus monere.

Ex ser. 12. in psal. 90.

Cœterum etsi tam paruuli sumus, & tam magna nobis, nec modo tam magna, sed & tã periculosa via restat, quid tamen sub tantis Custodibus timeamus? Nec superari, nec seduci, minus autem seducere possunt, qui custodiunt nos in omnibus vijs nostris. Fideles sunt, prudẽtes sunt, potentes sũt, quid trepidamus? Tantum sequamur eos, adhæreamus eis, & in protectione Dei, cœli commoremur. Vide enim quã necessaria sit ista protectio, ista custodia in vijs tuis. In manibus (inquit) portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Parum tibi videtur, quod non sit lapis offensionis in via? Considera quæ sequuntur: Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Quam

reuerentiam clientis expergefacit, & anhelat.

In hac tria dubia inuoluuntur, Primum, vtrum Angelus Custos clientem suum peruicacem, & obstinatum deserat. Secundum, vtrũ recedat à cliente, quando ad Deũ accedit. Tertium, vtrum custodia finiatur clientis morte. Primum Mellifl. resoluit in duobus appositis sub num. 11. in quibus vocat Angelum Custodem, Pedissequum, Pastorem, & Pedagogũ. Pedissequi munus est herum sociare, & fideliter comitari. Pedagogi vero instruere, & bonis moribus imbuere. Pastoris autem pascua prouidere, & armenta à ferarum incursu perpetuo tueri, & defendere; omnibus commune est, neque herum, neque alumnum, neque gregem deserere, sed illis potius inseparabiliter adhærere, horum omnium officium apprime describit Mellifl. ser. 76. in cantic. cum ait, quam boni custodes, qui vigilantes animo, atque in orationibus pernoctantes, hostium insidias sagaciter explorant, anticipant consilia malignantium, deprehendunt laqueos, eludunt tendiculas, retiacula dissipant, machinamenta frustrantur. Hi sunt fratrum amatores, & populi christiani, qui multum orant pro populo, & vniuersa sancta ciuitate. Hi sunt, qui multum solliciti pro sibi commissis dominicis ouibus, cor suum tradunt ad vigilandum

necessarius pędagogus imo, & baiulus, præsertim paruulo inter hæc gradienti? In manibus (inquit) portabunt te. In tuis quidem vijs custodient te, & deducent paruulum, quam potest paruulus ambulare. Cœterum non te patientur tentari supra, quam sustinere potes, sed in manus tollent, vt pertranseas offendiculum.

Text. 2.

Ex serm.10. in Psalm.90.

Ascendunt ad vultum eius, descendunt ad nutum eius, quoniam Angelis suis mandauit de te. Nec tamen vel descēdendo visione gloriæ fraudantur, quia semper vident faciem Patris.

diluculo ad Dominum qui fecit illos, & in conspectu Altissimi *deprecantur. Hi sunt (inquit Origen. in cap. 2. cant.) qui hominibus largiuntur odorem suum, idest doctrinæ, & institutionis bonum, quo instruunt, & imbuunt animas, donec ad perfectionem veniant. Hi sunt denique, qui paratiores ad conseruandum in bono, quam dæmones ad præcipitandum in malum, sicut isti non cessant infestare homines vsque ad mortem, iuxta illud glossæ diabolus secutus est Christum vsque ad Crucem. Ita illi nunquam desinunt custodire clientes vsque ad mortem. Obstinatio autem constituit hominem in statu maioris indigentiæ, vnde sicut æger magis indiget medico, quando morbus est obstinatus, ita peccator obstinatus. non est autem boni medici ægrum in maiori necessitate deserere, sed* Angeli *sunt boni, & officia hæc ex charitate exercent, ergo nunquam deserunt peccatores quantumuis obstinatos.*

Secundum dubium soluit Mellifluus *per appos. sub num. 2. cuius sensus euidens est. solummodo ratio quam assignat, non videtur, probare, probandum, siquidem ex eo, quod semper videant faciem Patris, sequitur potius, quod clientem non videant, quam quod videant. Sed solutio pendet ex eo, quod docet alibi, Angelum videre clientem suum in Deo, & necessitates illius, at petitiones explora-*

Ex ferm.5. de Dedicat. Eccles.

Neque talis viciffitudo in eorum afcenfionibus, & defcenfionibus eft fimul, & mittuntur in minifterium, & affiftunt vultui maieftatis.

ratas habere, cum igitur videant in verbo facta per verbum, *ex cap.1. lib. 5. de conf. non priuantur vifione fuorum clientum, cum afcendunt ad Deum. vnde Greg. lib. 2. moral. cap. 2.* Et mittuntur, *inquit*, & affiftunt, quia per quod circumfcripti funt, & per hoc, quod intus quoque præfentes funt, nunquam recedunt, & faciem ergo Patris femper vident, & tamen ad nos veniunt, quia ad nos fpirituali præfentia foras exeunt, & tamen, ibi per internam contemplationem fe feruant.

Text. 3.

Ex ferm. 13. in pfalm.90.

Poffumus hunc verfum, qui in manibus eft, videlicet: In manibus portabunt te, & cœtera: Non modo de præfenti confolatione dictum accipere, fed etiam de futura; Nempe cuftodiunt nos in vijs noftris Angeli fancti, fed via finita (quod eft vtique vita finita) in manibus tollunt. Nec enim de funt nobis teftes fideles. Proxime lectum eft vobis de Beatiffimo Patre noftro vere per omnia Benedicto, quod dum intentam oculorum aciem in fplendore co-

Tertia pars docetur à D. Th. 1. p. q. 13. art. 4. in corpore hæc fcribens, ficut hominibus per viam non tutam ambulantibus, dantur cuftodes, ita & homini quandiu viator eft, cuftos Angelus deputatur. Quando autem iam ad terminum peruenerit, iam non habebit Angelum cuftodem, fed Angelum conregnantem, en Angelum conftantem, & perfeuerantem in cuftodia vfque ad mortem, quæ eft terminus vitæ. Mellifluus videtur, aliquid amplius dicere, videlicet Angelum vfque ad Cœlum cuftodire, fed conciliari poffunt, fi dixerimus, Angelum vfque ad mortem fungi officio cuftodis, à morte vero vfque ad Cœlum cuftodis officium in confolatoris, & focij munus permutare, & hoc eft vltimum Angelorum officium, iuftorum animas in Cœlum ducere,

V 2 &

ruscæ lucis habere videretur; vidit Germani animam Capuani Episcopi in sphæra ignea ab Angelis in cœlum deferri. Sed quid huiusmodi testimonia requirimus? Ipsa in Euangelio veritas de mendico, & vlceroso, ait, quoniã portatus est ab Angelis in sinu Abrahæ.

& vsque ad gloriam comitari, quod multorum animabus historia sacra contigisse testatur. nam anima Lazari ab Angelis *in* Cœlum *delata, refertur Sur. c.16. S. Antonius vidit animam S. Pauli primi Eremitæ in Cœlum deferri ab* Angelis, *vt testatur D. Hieronym. ijdem B. Martini animam deferentes in Cœlum, visi sunt à S. Seuerino* Episcopo *Coloniensi, quæ cum sufficienter probent intentum adhuc tamen efficacius.*

Addit *resolutioni pondus Beati Petri Damiani in opuscul.* 50. *cap. 6. differens in hunc modum. Pensandum quippe est, cum iam peccatrix anima à vinculis incipit carnis absolui, quam amaro terrore concutitur, quantis mordacis conscientiæ stimulis laceratur. & post pauca.* Ad*est præterea hinc horrenda turba dæmonum illinc virtus Angelica. In illo qui medius est liquido deprehenditur, cui parti iure possessio vendicetur. Nam si pietatis in eo videntur insignia, inuitationis Angelicæ blanditijs oblinitur, atque harmonicæ melodiæ dulcedine, vt exeat, prouocatur, &c.* Angelis *apparentibus. Sancto Romualdo. & S. Landano morituro* Eucharist. *adferunt.*

Post mortem insuper Angelos clientum Animas in cœlum comitari præter ea, quæ refert in textu Mellifluus *cõfirmant visiones variæ, inter quas insignis narratur illa*

Text. 4.

Ex serm. 26. de modo bene viuendi.

Iterum tria sunt quibus, non sunt meliora anima, videlicet iusti hominis perseuerans in bonis operibus, quæ est pulchra sicut Sol, & sancti Angeli, qui eam suscipiunt in die mortis suæ; & Paradisus in quo collocatur, his tribus non sunt meliora in Creaturis: Angeli sancti præsentant animam iusti hominis ante Deum, dicentes: Ecce quẽ elegisti Domine, & assumpsisti, semper habitabit in atrijs tuis.

illa S. Stephani Grandimont cuius Animam Angeli visi sunt in cælum per scalam deducentes, referente Bollando in eius vita sub 8. Februar. Ab eodem narratur Angelos deduxisse. Animam Sanctæ Secundinæ in cælum cantantes: Veni Sponsa Christi 10. Ianuarij. Idem asseritur de Anima S. Pauli primi Eremitæ 10. Ianuarij: plures in Sanctorum vitis inuenies huius generis visiones, quæ cum familiares sint, & præmissæ sufficientes à pluribus abstineo.

Doctr. Mellifl. pro Art. 9.
Text. 1.

Ex serm. de Passione Domini.

Hæc sunt tria, quæ præmisimus mere Religionis insignia, quæ hominem, Deo, & Angelis reddunt conformem.

Ex serm. 11. de 11. versu in psalm. 90.

Interim ergo mandauit Angelis suis Deus, non quidem, vt amoueant te à vijs tuis, sed vt in eis ipsis te custodiant, & quasi per vias suas, vias tuas dirigant in vias ipsius.

ART. IX.

De obsequijs, & modis externis, quibus coli possunt, & debent Angeli.

Explicatis tam magnis, & tam demirandis Angelorum perfectionibus, fixisque duobus illis principijs, quorum primum asserit cultum aliquem Angelis esse debitum; alterum vero duliæ solius ad eosdem pertinere; superest explicandum, quibus obsequijs, & actibus cultus ille à mortalibus possit, & debeat exerceri, quod suppetias afferente Mellifl. sequentibus resolutionibus conabimur explicare. fit igitur.

RE-

Text. 2.

Ex serm. 7. *in Cant.*

Ea propter attendite principes vestros cum statis ad orandum, vel psallendũ, & state cum reuerentia, & disciplina, & gloriamini, quia Angeli vestri quotidie vident faciem Patris. Nimirum in ministerium propter vos, qui hæreditatem capimus salutis: deuotionẽ nostram in superna ferunt, referunt gratiam. Vsurpemus officium quorum sortimur consortium, vt in ore infantium, & lactentiũ perficiatur laus. Dicamus eis: Psallite Deo nostro psallite. Atq; audiamus eos vicissim respondentes. Psallite Regi nostro psallite. Laudem ergo cum cęli cantoribus in commune ducentes, vtpote ciues Sanctorum, & domestici Dei, psallite sapienter. Cibus in ore, psalmus in corde sapit.

RESOLVTIO I.

Prim.m obsequium, quo cultus duliæ exercetur erga Angelos, *est imitatio eorumdem virtutũ. docet resol. Mell. in primo apposito, vbi hortatur mortales ad faciendum ex necessitate, quod ipsi faciunt ex charitate, nempe misericordiam in proximos. deinde hortatur etiã imitari* Angelos *in hoc, vt leuemus desideria nostra ad summam, & perpetuam veritatem. ex his conficitur argumentum, optimum colendi genus est, si-quis se subijciat alicui propter excellentiam illius, ratione cuius se illi subijcit, sed qui imitatur* Angelos, *habet conceptum de illorum excellentia, quos gestit imitari, ipsisq; se subijcit, quantũ ad hoc, quod gestit illos imitari. ergo per imitationem perfectè coluntur* Angeli. *minor explicatur a Quintiliano lib.* 10. *institut. cap.* 12. *vbi habet, nunquam par sit imitator authori, hæc natura est rei. semper citra veritatem est rei similitudo.*

Confirmatur ex secundo textu, in quo hortatur monachos ad psallendum cum attentione, & feruore, sicut faciunt Angeli.

Erit igitur optimus colendi modus, si Angelorum *virtutes animo illos colendi fuerimus imitati, prout varijs rationibus approbat, & probat S.* Athanas. *lib. de Incarnat. Verbi, ad quem remitto Lectorem.*

RE-

Text. pro Resolut. 2.

Ex ser. 5. Omnium Sanctorum.

Illorum lauda virtutem quorum iam certa victoria est. Illos deuotis extolle præconijs quorum securè potes adgaudere coronis. Siquidem nõ est, quod laudare vereamur verissimè certeque laudabiles.

Ex serm. 53. in Cant.

Angeli autem in omni plenitudine, & si non à semetipsis, si tamen in semetipsis tanta, facilitate qanta, & fęlic itate accipiunt, vnde & beatæ viuunt. Sunt enim omnes docibiles Dei; quod sane electos hominum quãdoque affecuturos certa veritate promittitur; & nondũ experiri tribuitur fœlicitate secura. Pascuntur proinde in mõtibus mõtes, vel oues in ouibus, cũ sane supernæ illæ substantiæ spirituales intra semetipsam de verbo vitæ, vnde sua beatam perpetuent vitam, affluenter inueniunt, ijdem ipsi,& montes, & oues: montes propter plenitudinem, vel celsitudi-

RESOLVT. II.

Secundum obsequium, per quod coli possunt Angeli, est eorum laudibus insistere, eorumque merita, voce, vel scriptis manifestare.

Est autem laus. Sermo elucidans magnitudinem virtutis, *ex Arist lib. 2. & 3. Reth. In Angelis autem vera virtus habet locum, ergo & laus. inde Mellifl. in apposito, non solum laudare suadet sanctos Angelos, sed & ipsos à Deo laudari dicit cum addit.* Tunc, *inquit,* vnicuique laus erit, a quo? A Deo. Magnus laudator, & vehemẽter ambienda laudatio. *Fœlix commutatio laudis vbi,& laudare beatum est, & laudari. Sequitur sui sponsi exemplum Ecclesia sponsa Christi quotannis duo illis festa decernẽs, vt commodius Angelorum laudibus vacare fideles valeant,& honoribus illis deferendis insistere, hinc in Angelorum laudibus se se effundunt, & diffundunt Patres quorum encomia foret plus æquo prolixum adducere, cum in illorum operibus passim occurrant, sufficiat pro cunctis Sophronius hierosolym. Angelorum Principem Michaelem gratulabundus salutans bis verbis.* O ter sanctissime, summeque amande, venerande, sacræ militiæ Princeps, omni cultu, omnique laude dignissime. *Ad hoc officium multa pietatis exempla congerit Theo-*

phy-

nem, oues propter mansuetudinem. Pleni quippe Deo, celsi meritis, cumulati virtutibus, nihilominus tamen erectos vertices tota, & humili obedientia submittunt, & inclinant illius longe supereminentis imperio, &c.

Text. pro Resolut. 3.

Ex serm. 4. de Dedicat.

Miramini forte cur ista præloquimur, cum vestris se se obtutibus Ecclesia præsens manifestius ingerat cuius anniuersaria dedicatio celebratur. Quis enim parietes eius sancto dicere vereatur, quos manus sacratæ Pōtificum tantis sanctificauere mysterijs? Extūc quoque, & deinceps, &c.

serm. 6. ibid.

Domestica nobis celebritas dedicatio domus nostræ, magis autem domestica nostra ipsorum dedicatio. Nostra siquidem illa aspersio, nostra illa benedictio, nostra consecratio fuit: quæ per manus sanctorum celebrata

phylus Reynandus tom. 9. pag. 767. quibus eorumdē patrocinium promereri potest à fidelibus, quorum tamen præcipuum in eorum laudibus efferendis asserit esse constitutum. Laudet igitur frequenter Angelum *suum custodem quilibet cliens, & ab* Ecclesia *approbatas orationes, hymnos, aspirationes studeat repetere, & reiterare.*

RESOLVT. III.

Coluntur honorifico cultu ipsi similiter Angeli templa in illorum memoriam. & honorem construendo. Habetur ex appositis satis manifesta, & approbata Resolutio. Ad cuius confirmationem faciunt, quæ scribit Abulen. *in cap.* 1. *lib. Iudicium quæst.* 8. A*ngelos fuisse templorum ædificandorum inuentores primos, & iussores. sic enim habet. Quæret aliquis quomodo Israelitæ potuerint immolare Domino in loco flentium cum Leuitici c.* 1. *& Deuteronom.* 12. *prohibitum sit extra locum Sanctuarij sacrificare sub pœna mortis. Respondetque statim fuisse quidem prohibitum regulariter, duobus tamen casibus exceptis, nempe diuinæ reuelationis, & apparitionis* Angelicæ, *in quibus casibus supra legem dispensatū fuisse constat ex iudic. citat. & ibid. cap.* 13. *in quibus Gedeon, & Manue leguntur* extra *locum determinatum sacrificasse. Vnde consur-*

Pontificum, etiam hodie anniuersario redditu votiuis laudibus ad memoriam reuocatur. Nunquid de lapidibus cura est Deo? Non parietes dicunt, sed homines. Ipsi enim cura est de nobis. Vnus homo erat Iacob, & dormiens vidit ascendentes Angelos, & descendentes. Parum est hoc, etiam Dominum Angelorũ adesse testatus est dicens: Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Miratur enim gratiam, & dignationis magnitudinẽ expauescit. Quam terribilior est iste locus, quam euidentius certiusque Dominus est in loco isto: vbi nimirum, non modo duo, aut tres, sed tam multi in ipsius congregati nomine perseuerant. Nemo iam nesciat, nemo vestrum ignoret. Siquidem non accepimus spiritũ mundi huius, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus, quæ à Deo data sunt nobis. Terribilis plane locus, & dignus omni reuerẽtia, quem fideles viri inhabitãt, quem

surgit hoc argumentum, credendum est Angelis præcipientibus ædificari templa Deo: ergo etiam cum præcipiunt ædificanda sibi, vel quando manifestant se esse loci alicuius protectores.

Sanctus Franciscus Ecclesiolam *Sanctæ* Mariæ *Angelorum, siue de Portiuncula summa celeritate, & deuotione construxit, & supra omnia mundi loca commendatissimam esse voluit, quod docente Deipara sciret eum locum esse Deiparæ ipsimet acceptissimum, & concentum Angelorum laudes Deo frequentantium ibidem audisset, vt scribit S. Bonauentura. Nec aliter specum Gargani montis docente Sancto Michaele sub eius speciali tutela esse deprehensum est, ad specialem inibi venerationẽ Principi cælestis militiæ exhibendum indeque Michaelium vocari eum locum scribit Tiofredus lib. 4 epitaph. cap. 2. Pluribus de eo Michael Naueus in chronico Sãcti Michaelis lib. 3. cap. 6. 7. & 8. & addendum est templum aliud eidem* Archangelo *erectũ in Normannia ab Autberto Abrincanensi (vulgo Abrincensi) Episcopo, ex reuelatione ipsius Archangeli. Testantis velle se eo loco coli æque, ac in Gargano Monte, & ambitum Templi, qualem Taurus, ibi religatus terra pedibus protrita signasset, esse construendum; rem narrat Gigebertus anno 709.*

Non minoris ponderis est alte-

Angeli sancti frequentant, quem sua quoque præsentia Dominus ipse dignatur. Quomodo enim tantus Patriarcha nescire potuerat, quod non esset locus, vbi non esset Deus? Sed forte aliud esse miratus est, vbi ait. Vere Dominus est in loco isto. Ibi vere est, & vere Dominus est, vbi in eius nomine Angeli simul, & homines congregantur.

Ex serm. 2. Dominicæ primæ post Octauam Epiphaniæ.

Et tu ergo audi filia, & vide, & considera quanta sit erga te dignatio Dei tui, & obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui. Desere carnales affectus, sæculares mores dedisce: à prioribus vitijs abstine, consuetudines noxias obliuiscere. Quid enim putas? nonne stat Angelus Domini, qui secet te mediã, si forte (quod auertat ipse) alterum admiseris amatorem? Iam enim desponsata es illi, iam nuptiarum prandium celebratur, nam cœna quidem in-*rius Ecclesiæ, in honorem eiusdem Sancti constructa, quam refert Baron. tom. 1. sub anno Christi 60. his ipsissmet verbis: Certum est Colossis sub Laodicensi Metropoli positis antiquum viguisse cultum Michaelis Archangeli, non quidem vt eum tamqvam Deum colerent, sed vt præcipuum ministrum, & cultu quem sanctos Angelos decet afficerent. eiusque memoria 6. die Septembris agebatur.*

Quibus addi potest, quod scribit Benedictus Iustinianus in c. 1. epist. ad hebræos. Iampridem in Ecclesia septem Angelorum cultũ receptum esse, cum vt fertur septem Angelorum *missa à Pio IV. Rom. Pontif. fuit confirmata. Siquidem Panormi in Sicilia, Templum est sanctis Angelis consecratum.*

Ecclesias insuper siue Deo, siue sibi, siue Sanctis dicatas, Angelos inuisere, visitare, & quodammodo inhabitare, non solum ex apposito, sed ex multis visionibus demõstratur. Nam Missæ *assistunt, & ministrant, inquit Pinellus lib. de fructu Missæ, & ideo orat Sacerdos in Canone:* Iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui: *Scribit Cyrillus in vita S. Euthimij, sæpè ab eo visam terribilem Angelorum multitudinem, vna secum Deo ministrantium, & D. Chrysostomus lib 6. de Sacerdotibus, ait* Altare *Angelorum Choris plenum esse, qui clamores excitant,*

cœlo, & in aula æterna paratur. Verũtamen nunquid ibi vinum deficiet? Absit. Inebriabimur ibi ab vbertata domus Dei, & torrente voluptatis eius potabimur. Paratum est profectò illis nuptijs flumen vini, vini inquam, quod lætificat cor.

Doctr. Mellifl. pro Art. 10.
Text. 1.

Ex serm. 11. *in psalm.* 90. *supra vers.* 12.

Quantum debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam, &c.

Text. 2.

Ex serm. 6. *Diuersorum.*

Sunt autẽ affectiones istę quatuor notissimæ, amor, & lætitia, timor, & tristia. Absq; his non subsistit humana anima, sed quibusdã sunt in coronam, quibusdã in confusionem. Purgatæ enim, & ordinatæ, gloriosam in virtutum corona reddunt animam.

tant, dum Christus immolatur. Idem docent S. Bonau. S. Ephrem & S. Ambros. in cap. 1. *Lucæ. Vnde constat Bernardum potuisse ex legitimo fundamento dicere, quod fatur in apposito*: Terribilis plane locus, & dignus omni reuerentia, quem fideles viri habitãt quem Angeli sancti frequentant, quem sua quoque præsentia Dominus dignatur.

A R T. X.

Vtrum Angeli possunt coli per actus pure internos.

Difficultas oritur ex propria significatione vocis cultus, *quæ denotat reuerentiam, & obsequiũ erga aliquem, habetque locum tam erga Deum, quam erga creaturas intellectuales, vtrosque enim colimus, sed reuerentia, & obsequiũ consistunt in actibus externis, siquidem omne opus bonum factum vt Deo placeamus, est cultus Dei, iuxta modum loquendi Sacræ Scripturæ, ex Laurentio Beyerlinck.* verbo cultus. *ergo cultus non potest per actus internos exerceri: prob. sequela nam reuerentia, & obsequium debet innotescere ei, cui exhibetur, vt dicit Damasc. orat.* 1. *de imaginibus, ex quo Vasques arripuit occasionem dicẽdi cultum internum non esse vllo modo cul-*

 tum,

Text. 3.

Ex ferm. 3. Aduentus.

Quis in vobis eſt fratres, qui deſiderat in anima ſua ſedem parare Chriſto? Ecce quænam illi ſerica, quæ tapetia, quod puluinar oporteat præparari. Iuſtitia, inquit, & iudicium preparatio ſedis tuæ. Iuſtitia virtus eſt, quod ſuum eſt vnicuique tribuens. Tribue ergo tribus, quæ ſua ſunt.

Text. 4.

Ex ſerm. de 7. Donis Spir. San. contra 7. vitia.

Egrediatur vtiq; foras neceſſe eſt, & curioſius interiora conſideret, qui ſic interiora deſpicit, & euidenter proinde curioſitati pietas aduerſatur; & quem illa à corde reuocat; iſta reuocat. Nimirum pietas illa eſt cultus Dei, & in corde colitur, quod in corde cognoſcitur habitare.

tum, vt notat Rhodes in 3. p. diſp. 4. q. 3. ſect. 2. & poſt ipſum Eminentiſs. de Lugo ibidem. nihilominus ſit,

RESOLVTIO

Angeli poſſunt coli per actus purè internos. deducitur ex textu 1. in quo Mellifluus docet colendos eſſe per deuotionem, &c. quæ ſunt actus purè interni. & ex ſecundo in quo traditur ordo dirigendi affectus internos.

Prob. 2. ex D. Th. 2. 2. q. 84. ar. 2. & 3. vbi docet cultum internum conſiſtere in cognitione, & æſtimatione excellentiæ illius, qui eſt colendus cum intentione ſe illi ſubmittendi, hoc autem per actus internos compleri poteſt. ergo.

Deinde actus externi ſunt de ſua natura indifferentes, & per actum internum ſpecificandi, vt patet ex Matth. 27. vbi dicitur de Iudæis; quod genuflexo illudebant Chriſto. *& contrarium* Matth. 26. *de Magdalena ad pedes Chriſti procumbente. ſi igitur actus externi ſunt boni per actus internos.* Multo *magis interni erunt boni iuxta axioma propter vnumquodque tale, & illud magis. ergo per hos actus poterunt* coli Angeli.

Ad rationem oppoſitam dico, concedendam eſſe mai. & negandam min. quia licet Angeli *non poſſint cognoſcere cogitationes homi-*

Ex cap.1. lib.5. de Consid.
Creatura cœli illa est, præsto habens per quod potius ista intueatur. Videt Verbum, & in Verbo facta per Verbum.

minum in se, & in sua entitate. vt docuimus tanquam probabilius in tract. præcedenti q. 4. Resol. 2.

Attamen ibid. q.9. art.4. resol. 2. diximus Angelos cognoscere nostras cogitationes, cum ad eos diriguntur, vel etiam in verbo, vt dicit Mellifluus serm. in illud psalm. 84. audiam quid loquatur, vbi dicit, Angelos habere cognitionem creaturæ in Creatore.

Doctr. Mellifl. pro Art. 11.
Text. 1.

Ex *cap.4. lib.5. de Consid.*
Et primo quidem ciues spiritus esse illic potentes; gloriosos Beatos, &c.
Hæc omnia legendo cõperimus, fide temus.

ex serm. 12. in psal. 90.
Si fidem consulas ea tibi Angelicam prę sentiam probat non deesse.

Text. 2.

Ex epist. 42. ad Henricum Senon. Archiepisc.
Duo ista mittunt nos ad quandam fidei trifariam visionẽ, vt dicatur fides mortua, ficta, probata, &c.

ART. XI.

Vtrum per actus internos fidei possit legitimus cultus Angelis exhiberi.

Angelorum existentiam, sicut eorumdem actiones, quia nec subijciuntur sensibus, nec ratiocinio demonstrari possunt, merito Mellifluus refert ad ea, quæ sola fide cognoscuntur. Sed an actus illi fidei possint esse materia sufficiens ad illos colendos, dubitatur.

RESOLVTIO.

Angeli legitime coluntur per actus internos fidei. prob. quia generaliter ex Scriptura Ioan 4. In spiritu, & veritate, veri adoratores adorabunt Patrem, nam & Pater tales quærit, qui adorent

Text. 3.

Ex serm. 24. in Cant.

Si enim quædam anima fidei ipsa deuotio est, quid fides, quæ non operatur ex dilectione, nisi cadauer exanime?

Text. 4.

Ex serm. de triplici custodia, Manus, Linguę, & Cordis.

Omnes quidem causamur deesse gratiam, sed iustius forsitan ipsa sibi quæratur gratia deesse nonnullis. Nempe res cordis est gratia deuotionis, quā quærimus: & hoc munere ipse se fraudat, qui internum ei dissimulat receptaculum exhibere,

& post multa,

Bene huic (nempe cordi) datur omnis custodia à quo cœteras quoque duas procedere constat, &c.

rent eum. *quibus verbis Christus satis aperte docet cultum verum per actus internos posse compleri. quid ni etiam per actus fidei?*

Secundo ratione efficacissima. Actus omnes, quos charitas potest imperare, potest etiam pietas, vel Religio, ordinare ad colendum aliquem pro voluntate colentis. Sed Charitas potest imperare actum fidei, ergo etiam pietas, vel religio poterit illos ordinare ad aliquem colendum. Maior, *& min. admittuntur ab omnibus, ergo & consequentia erit admittenda.*

Deinde D. Thom. 1. 2. qu. 65. art. 4. & 2. 2. quæst. 4. artic. 4. inhærens, & explicans doctrinam Mellifl. sub num. 2. positam. dicit, quod fides, & spes informes, licet non habeant rationem virtutis perfectæ, quantum ad statum virtutis, bene tamen quantum ad essentiam virtutis, unde infertur à Ioan. à S. Thom. in 2. 2. qu. 17. disput. 10. sect. 2. num. 3. fidem informem, & formatam esse idem, eo quod formatio à Charitate prouenīens, non sit de essentia fidei, nec forma illius intrinseca, alias amissa charitate, amitteretur & fides, quod falsum est. vt alibi docebitur. ex Trident. sess. 6. cap. 15. & can. 8. ex quibus sumo, omnis actus virtutis, quæ habet essentialia virtutis, potest à Religione ordinari ad cultum. sed actus fidei, quo creditur Angelorũ *existentia. Licet informis sit, est* ta-

tamen actus virtutis. secundum virtutis essentiam, ergo poterit à pietate, & religione ad cultum Angelorum *ordinari. & hæc pro obiectionibus, quæ contra resolutionem moueri poterant, pōdera illud text. 2.* Eo vtique sēsu fictam dixerim nominatam, quo vasa figuli vocamus fictilia non quia videlicet vtilia, non sit quandiu durant; sed quia fragilia cum sint, minime durant.

Doctr. Mellifl. pro Art. 12. Text. 1.

Ex serm. 1. de S. Michaele.

Et hæc dixerim fratres, vt ampliorem de cœtero erga beatos Angelos fiduciam habeatis, ac proinde in omni necessitate vestra, eorum inuocetis auxilia.

ex serm. 12. in psalm. 90.

Quantum tibi debet hoc verbum inferre reuerētiam, afferre deuotionem conferre fiduciam. Reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia.

A R T. XII.

Quid sentiendum de spe.

Quia Mellifluus (vt constat ex appositis) frequentius suadet habendam esse fiduciam in Angelos, quam in eosdem sperandum: huius differentiæ ratio inuestiganda est, vt etiam in hoc scioli quidam, qui D. Bernardum Theologis annumerandum non esse audent effutire, ipsimet ignorantiæ, & temeritatis, ne dicam impudentiæ rei cōuincantur.

Itaque spes respicit bonum absens, arduum, possibile futurum, pro formali obiecto primario, habet secundum, Vasq. 1. par. quæst. 84. cap. 1. & 3. Torrem hic dispu. 60. dub. 2. Hericem disput. 10. qu. 1. num. 10. Coninckum Amicum disput. 19. num. 37. Deum vt summum bonum nostrum pro formali se-

Ex serm.15. in Cant.

Cum in periculis palpitanti, & trepidanti, inuocatum virtutis nomen, non statim fiduciam præstitit, depulit metum.

Text. 2.

Ex lib. de Anima cap.6. siue Meditationum.

O quam fœlix esses, si spiritualibus oculis semel intueri posses, quomodo præueniunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuẽcularum tympanistriarum? Videres proculdubio, qua cura quove tripudio intersunt cantantibus, assistunt orantibus, adsunt meditantibus, supersunt quiescentibus, prouidentibus, atque procurantibus præsunt. Diligunt siquidem suos conciues supernæ potestates, & pro ijs, qui hæreditatem capiunt salutis, sollicite congaudent, confortant, instruunt, protegunt, prouidentq; omnibus. Omnes enim ipsi desiderant aduentum nostrũ &c.

secundario Deum auxiliatorem, quatenus omnipotens est. Fiducia vero est pars spei. Primo, quia respicit proxime tantum media, quę ducunt ad Beatitudinem, ex 2. 2. quæst. 121. ad secundum siue, quod idem est bona, quæ per Dei, & Sãctorum auxilia consequi possunt. Secundo, quia includit iudicium quoddam intellectus certum, & firmum obtinendi eiusmodi auxilia, excludendo omnem formidinem de opposito. In voluntate autem ponit desiderium, siue expectationem illius boni assequendi. igitur dum agitur de Angelis doctissime vtitur Mellifluus, *nomine fiducię, quia* Angeli *sunt media, per quę summum bonum acquiri potest, vt dicunt text. sub nu.2. Angeli enim non solum non sunt obiectum spei, sed nec ad illud vllo modo referri possunt, considerantur vt media à Deo nobis concessa, vnde est, quod ab* Athanasio *vocantur Pędagogi, & Puerorum institutores: à Basilio Præceptores hominum, à Theodoreto Ministri magni Regi q. 82 in Genes. cuius verba sunt hęc: Docetur nihil negligenter, & sine cura ab omnipotenti Deo ministrari, sed ipsum omnia dispensare ministerio* Angelorum. *Idemq; profitentur. August. 5. de Trinit. Gregor. 4. dialog. 4. Hieronym. in cap.18. Matthæi, & cum ipsis Mellifl. in appositis, qui per hæc fundamẽta abstrusioris iuris Theologiæ peritiam conuincitur habuisse. pro difficultate iam sit.*

Text. 3.

ex serm. de triplici genere bonorum.

A Sanctis vero Angeli auxilium, auxilium quærendũ est, & occultis suspirijs, & frequentia lachrymarum, vt illi super eminenti maiestati, preces nostras offerant, referant gratiam, quia administratorij spiritus sunt, missi propter nos, vt hæreditatem capiamus salutis.

Text. 4.

Ex serm. 1. de S. Andræa.

Rogo te Angele, quem consolaris? An ignorabas quis esset ad quem consolandum veniebas? Certe consolator est, certe paracletus est. Denique agnosco, & in hoc Paracletum maximum, Paracletum benignissimum, qui prope sit is, qui tribulato sunt corde. Non despero iam Domine, non despero inquam. Didici ex hoc non ad carnalem recurrere consolationem, sed ad Angelicam, sed ad spiritualem, sed ad cœlestem.

RESOLVTIO.

Fiducia quam habent homines in Angelos à dulia ad eorumdem *cultum reduci potest. probat. ex text. 3. Nam auxilium ab Angelis, non potest requiri nisi ex fiducia, quam habemus impetrandi per illorum merita, ea quibus indigemus, hoc autem est fiduciam ad cultum Angelorum reducere. ergo fiducia ad cultum Angelorum est reducibilis per duliam.*

Confirm. Nam vbi reperitur propria ratio cultus, ibi, etiam cultus admittendus est, sed in fiducia, quam habent homines in Angelos, includitur ratio propria veri cultus. ergo poterit ad verũ cultum reuocari. Min. prob. nam qui confidit in Angelo, cognoscit illos habere aliquam excellentiam propter quam digni sunt à Deo exaudiri, illique excellentiæ quodammodo se subijciunt, & submittunt, sed hoc est propria ratio cultus. ergo possunt Angeli per fiduciam, ab Angelis venerari.

Dices Scriptura docet esse sperandum in Deum, ergo non in Angelos. Resp. 1. iuxta distinctionem sperandum esse in Deum, sed habendam esse fiduciam in Angelos. Secundo, dico: Auxilium Dei non excludere auxilia Angelorum, & hominum, imo subordinari, iuxta doctr. Mellifl. frequenter traditam ser. 5. in Cant. cap. vlt. de Gratia, & alibi.

Doctr. Mellifl. pro Art. 13.
Text. 1.

Ex serm. 12. in psalm. 90.

Adsunt igitur, & adsunt tibi, non modo tecum, sed etiam pro te. Adsunt, vt protegant, adsunt, vt prosint. Quid retribuã Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Siquidem soli ei honor, & gloria. Quare ei soli? quia ipse mandauit, & omne datum optimum, nõ nisi ab illo est. Veruntamen etsi ille mandauit, ipsis quoque qui, & ei ex tanta charitate obediunt, & nobis subueniunt in tanta necessitate, ingratos esse non licet. Simus ergo deuoti, simus grati tãtis custodibus, redamemus eos, honoremus eos, quantum possumus, quantum debemus. Totus tamen ei reddatur, & amor, & honor noster, à quo tam ipsis, quam nobis est totum, vnde honorare possumus, vel amare, vnde amari, honorari ne meremur. Neque enim Apostolus, vbi ait: Soli Deo honor, & gloria; propheti-

ART. XIII.

Vtrum per amoris obsequium possit aliquis cultus Angelis exhiberi.

Motiua propter quæ debemus Angelos diligere, & colere multa in apposito 1. recensentur, quod quæritur, modo est, an actus dilectionis sit dirigibilis à dulia virtute ad cultum Angelis exhibendum, difficultas consistit in hoc, quod charitas sit nobilissima virtutum, & consequenter, quod ad eam pertineat alias omnes virtutes ad obiectum amatum dirigere. Præterea charitas vnit amantem obiecto amato, immediatè, & adeo strictè, vt strictius vniri non possit. vnde non videtur in potestate religionis, siue duliæ illam vlterius referendi in obiectum. nihilominus vt consequenter loquamur, sit.

RESOLVTIO.

Potest amor, quo amamus Angelos, à dulia ad eorumdem cultum referri. sequitur ex fundamentis positis q. 1. nam 1. materia religionis est omnis virtus, ergo & duliæ anteced. prob. nam omnis actus honestus, qui in honorem, & gloriam Angelorum referri po-

co credendus eſt obuiare ſermoni, qui ſibi etiam amicos Dei, nimis honorificatos eſſe teſtatur.

Text. 2.

Ex *ſerm. de triplici genere bonorum.*

Sanctis vero animabus nõ iam imitationem, nec à Sãctis Angelis tantummodo quętere debemus auxilium. Sed ardenter deſiderare cõſpectum eorum, & eſſe cum illis, & videre, quæ ſint illæ columnæ cœli, quæ ſuſtinẽt Orbem terrarum in quibus, & relucet tantum, & tam excellẽs diuinitatis inſigne. In Domino autem non ſolũ pietas quærenda eſt, ſed & in eum tota affectio dirigenda, vt diligamus propter ipſum, & ſuſpiciamus, quæ ſit illa maieſtas, quæ cuncta faciat, cuncta contineat, & in quam deſiderãt rationabiles creaturæ proſpicere.

poteſt, eſt materia duliæ, ſicut omnis actus honeſtus, qui referri poteſt in Deum, eſt materia religionis, ſed amor Dei imperari poteſt, & referri pariter in Dei honorem, &c. ergo & amor Angeli in honorem eiuſdem. paritas prob. quia ſicut Deus præcipit, vt eum amemus, ita & Angelos, ergo vterque amor eſt honeſtus.

Confirm. ex Suar. tom. 1. de religione lib. 3. cap. 9. n. 7. Religio illarum omnium virtutũ actus ſub ſe complectitur, quos poteſt imperare, & ad Dei cultum dirigere, ergo ſimiliter dulia. cum igitur amor Dei imperari poſſit à Religione, ita dulia poteſt ad honorem Angelorum etiã actus amoris imperare, & dirigere.

Tota igitur differentia conſiſtit in hoc, quod amor, quo Deus diligitur, ſiſtat in ipſo Deo, nec vlterius ſit referibilis, vt docet text. 1. quia terminatur ad bonitatem ſupremam, & originariam, quo fit, vt cultus Deo debitus ſit etiã ſupremus, nec vlterius referibilis eo quia terminatur ad excellentiam ſupremam, eſſentialem, & originariam.

Angelorum autem ſicut bonitas eſt participata, & amor qui ad illam terminatur ſimiliter: ita & cultus qui refertur ad Angelos, quia fundatur in excellentia participata accidentaliter, etiam cultus, qui illis exhibetur, erit participatio cultus diuini, & ad eius

 imi-

Text. 2.

Ex serm. eiusdem.

Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Quantam tibi debet hoc verbum, inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciã. Tu ne audeas præsente illo, quod vidente me nõ auderes. Adsunt igitur, & adsunt tibi, non modo tecum, sed etiam pro te.

Cœterum etsi paruuli sumus, & tam magna nobis, nec modo tam magna, sed & tam periculosa via restat, quid tamen sub tãtis custodibus timeamus? Nec superari, nec seduci, minus autẽ seducere possunt, qui custodiunt nos in omnibus vijs nostris. Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt, quid trepidamus? Tantum sequamur eos, adhæreamus eis, & in protectione Dei cœli commoremur. Vide enim quã necessaria sit ista custodia in vijs tuis. In manibus (inquit) portabunt te, *imitationem, ac propterea referibilis ad illum.*

Pro Mellifluo notandum, quod tam in apposito ex serm. 12. in psal. 90. quã in alijs, amorẽ cum deuotione, reuerentia, & honore coniungit, non propter aliud, quam vt doceat amorem cum deuotione, & alijs conuenire in hoc, quod sit sicut ista religionis, siue pietatis materia. sicut deuotio est voluntas quædam prompta tradendi se ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum, ita amor inclinat in obiectum, tanquam sibi proprium, & conueniens paratus à virtute religionis dirigi.

Quod vt clarius explicem recolendum est charitatem, & religionem, siue duliam se habere ad Angelos, sicut amicitia, & iustitia inter homines. sicut igitur amicitia respicit per se primo beneuolentiam personæ, cui vult bonum formaliter, & præcise propter bonum eius, iustitia vero intendit reddere, quod suum est, quid quid sit de commodo, vel incommodo illius, cui fit solutio, ad quod non respicit, intenta solum huic formalitati, nempe (reddere cuique suum) Ita amor quo homo diligit Angelum, licet aliquando feratur in eorumdem gloriam & honorem in quo conuenit cum deuotione, illud tamen est ex amicitia, & beneuolentia ad ipsam personam Angeli, neque attendit honestatem quæ est in reddendo debito, quod du-

ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Parũ tibi videtur, quod nõ ſit lapis offenſionis in via? Cõſidera quæ ſequuntur: Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Quã neceſſarius pædagogus, imò etiã baiulus, præſertim paruulo inter hæc gradienti? In manibus (inquit) portabunt te. In tuis quidem vijs cuſtodient te, & deducent paruulum, quam poteſt paruulus ambulare. Cœterũ non te patientur tentari ſupra, quam ſuſtinere potes, ſed in manus tollent, vt pertranſeas offendiculum. Quã facile tranſit, qui illis portatur manibus, quam ſuauiter (iuxta vulgare prouerbium) natat, cuius alter ſuſtinet mentum. Quotiens ergo grauiſſima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca Cuſtodem tuum, Doctorem tuum, Adiutorem tuum, in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, & dic. Domine, ſalua nos, pe-

duliæ proprium eſt. Amor igitur vnit obiecto, tanquam conuenienti termino, & perſonæ, cui vult bonum formaliter, ac præciſe propter illius bonum, hoc autem non impedit, quin actus iſte à dulia aſſumatur, ordinando in Angelum tanquam debitum quid ipſi Angelo, cuius excellentia exigit amari, & per amorem coli, ac venerari, & per hoc patet ſolutio ad 2.

Ad primum autem dico, difficultatem hanc difficile ſolui, eſt enim argumentum primum. Inferius non ordinat ſuperius, ſed religio, ſiue dulia eſt inferior charitate, ergo non religio charitatem, ſed charitas religionem debet ordinare. maior prob. quia ordinatio fit per imperium, imperium autem eſt ſuperioris. Quidam exiſtimant (inter quos Magiſter Torre) quod virtus inferior non mouet ſuperiorem ordinando illam in ſuum finem, ſed potius mouendo illam, & excitando, vt inferiorem adiuuet, eique ſuppetias afferat. ſed hoc reijcitur, quia virtus inferior non diſtingueretur ab oratione, quæ hoc modo mouet, & ſine imperio, vt docet D. Th. virtus autem inferior mouet ſuperiorem per imperium imponens illi neceſſitatem.

Quare Ioann: à S. Thom. in quæſt. 81. 2. 2. concedit inferiorem habitum, nunquam poſſe imperare ſuperiori formaliter: poſ-

ſe

rimus. Non dormit, neq; dormitat; & si ad tempus quandoque dissimulet, ne forte periculosius ab illius te manibus ipse præcipites, si te eis ignoraueris sustentatum. Spirituales enim sũt manus iste, & auxilia vtique spiritualia, quæ singulis electorum pro cuiusque discriminis modo, & obiectæ difficultatis tanquam lapideæ molis quantitate, ab his, qui sibi deputati sunt Angelis spiritualiter, & multipliciter exhibentur.

se tamen imperare superiori materialiter. idest posse imperare ei, quæ alias superior est, licet quantum ad hoc, quod imperatur sit inferior. potest igitur dulia imperare actum amoris erga Angelum, illumque ad Angeli cultum ordinare, quod est secundum doctrinam Mellifui explicatã, & per appositos textus sufficienter patet.

Doctr. Mellifl. pro Art. 14. Text. 1.

Ex homil. 2. in Lucam.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim.

Quatuor veræ Virtutes Cardinales quasi 4. etiam annorum lucem animæ inuehunt proficienti, quibus nihil est in vita vtilius hominibus, &c.

ART. XIV.

Quid sentiendum de Virtutibus moralibus.

Sunt autem Virtutes morales, aliæ naturales, aliæ acquisitæ, aliæ infusæ, siue supernaturales. Non possumus hic loqui de naturalibus quia cum sit nobis sermo de cultu Angelorum, qui sola fide haberi potest, consequitur etiam de solis illis, quę cum fide infunduntur moueri quæstionem. harum præcipuas vocant Cardinales, eo quod præcipuæ sint, & primariæ actionum nostrarum moderatrices, ea prope ratione, qua D. Gregorius, Domorum, vel Ecclesiarum Præpositos Cardinales nuncupauit. Illis igitur hominibus opus esse, nec illa-

illarũ aliunde posse haberi, quam à Deo possessionem, docet Mellifluus *in appositis, vnde desumenda est.*

Ex serm. 85. in Cant.

Non sine causa sapiens expugnatori prætulit Vrbiũ virum, qui animo dominatur. Multum hoc ad te, opus virtute habes, & non quacunque, sed qua induaris virtute ex alto.

Ex serm. 22. in Cant.

Quid vobis cum virtutibus, qui Dei virtutem Christũ ignoratis? Vbi nam quæso vera prudentia, nisi in Christi doctrina? Vnde vera iustitia, nisi de Christi misericordia? Vbi vera temperantia, nisi in Christi vita? Vbi vera fortitudo, nisi in Christi passione? Soli ergo qui eius doctrina imbuti sũt prudentes dicendi sunt? soli iusti, qui de eius misericordia veniam peccatorum consecuti sunt, soli temperantes, qui eius vitam imitari student: soli fortes, qui eius patientiæ documenta fortiter in aduersis tenent.

RESOLVT. I.

Exercitium Virtutum Cardinalium potest esse materia cultus Angelorum, & ad eundem cultum ordinari.

Prob. primo: Illa deseruiunt ad cultum Angelorum exercendũ, quæ colentem disponunt ad facile, prompte, & perfecte operandum actus virtutũ, sed Virtutes Cardinales sunt huiusmodi, ergo maior patet. Nam earum aliquæ ordinatę sunt primario ad moderandas passiones, aliquæ ad perficiendas operationes. Prudentia, rationis rectitudinem in omnibus cõstituit. Iustitia, æqualitatem, efficit in his operationibus, quæ circa alios versantur. Fortitudo robur, & firmitatem habet, quibus timores compescit, & pericula nõ detrectat. Temperantia, eas demum appetitiones, quę in delectabile bonum toto impetu feruntur, veluti iniectis habenis moderatur, hoc autem est iuuare, & ad perfectius exercendum cultum deducere. ergo.

Secundo prob. Tum quia possunt obtineri per intercessionem Angelorum. Tum etiam quia potest, quis ex determinato imperio voluntatis velle iustitiam exercere, recreatione aliqua se priuare in bo-

Resol.2. Text. 1.

Ex Serm.30. in Cant.

Lachrymæ pœnitentium vinum Angelorum.

Ex ferm. 68. in Cant.

Denique gaudent Angeli ad pœnitentiam peccatoris, quod si deliciæ Angelorum lachrymæ meæ, quid deliciæ,

Text. 2.

Ex ferm. Dominicæ sextæ post Pentecostes,

Quartus panis orantium lachrymæ.

Text. 3.

Ex ferm.3. in Epiphaniæ.

Illas vere lachrymas in vinum mutari dixerim, quæ fraternæ compassionis affectu in feruore prodesit charitatis.

honorem, & reuerentiam Angelorum.

RESOLVT. II.

Pœnitentiæ virtus potest esse materia ad cultum, erga Angelos exercendum. ita Mellifl. in text. 1.& 2. appos.

Prob.1. Quod lętificat Angelos, potest ordinari ad cultum Angelorum, sed pœnitentia viatorum lętificat Angelos, *ergo. Maior per se patet, minor docetur in text.1. ergo.*

Confirm. Panis, & Vini oblationes possunt offerri in honorem Angelorum. Sed lachrymæ pœnitentium conuertuntur in Panem, & Vinum, ergo poterunt offerri in honorem, & reuerentiam Angelorum.

Dices, pœnitentia respicit Deũ offensum, ergo non potest ordinari in Angelos.

Resp. Respicere Deum, vt obiectum primarium, posse etiam respicere Angelos, *vt obiectum secundarium, quatenus peccatis nostris, quantum in illis est* Angeli *offenduntur, & contristantur. per pœnitentiam vero ad gaudium inuitantur iuxta illud, gaudent Angeli super vnum peccatore pœnitentiam agente,*

Text. 1. Resolut. 3.

Ex serm. 11. in Psalm. 90.

Quando ille vnquam misericors fuit, qui homicida ab initio erat?

Text. 2.

Ex *serm. 1. S. Michaelis.*

Digni & proinde, vt gloriam non capientes misericordiam amplectamur.

Text. 3.

Ex cap. 6. libri de Anima, *siue* Meditationum.

Et in hoc imaginem eius, hoc est illius summæ Trinitatis in nobis cognoscimus. Nam sicut ille est, & sapiẽs est, & bonus est; sic & nos pro modulo nostro, & sumus & nos esse scimus, & id esse & nosse diligimus. vtere igitur teipso velut Dei templo propter illud quod in te est simile Deo. Honor si quidẽ Deo sũmus est, illũ venerari, & imitari. Imitari, si pius es. Templũ enim sanctũ est Deo mens pia, & altare optimum cor eius. venerari, si misericors es, sicut ipse omnibus misericors est.

RESOLVTIO III.

Misericordiæ opera possunt ad cultum Angelorum ordinari.

Pro hac nota contradixisse sibi Bernardum in eo, quod pertinet ad misericordiam. Nam in primo apposito docet Angelos malos, nunquam habuisse misericordiam in alijs docet habere, est igitur argumentum, Angeli *non habuerũt in via, & in termino viæ nisi illas virtutes, quas habuerunt in primo instanti, sed in primo instãti non habuerunt virtutem misericordiæ, vt habet textus primus, ergo nec deinceps.*

Respondeo primo Bernardum in primo textu, non esse intelligẽdum de instanti primo absolute, sed de instanti primo in quo cœperunt ex perfecta libertate operari, tunc enim homicida fuit occidens Deum quantum in ipso fuit, vt docet idem Mellifluus, serm. de Aduentu, *dicẽs, qui vult Deum non esse iustum vult Deum, non esse Deum.*

Resp. secundo, ibi loqui Mellifluum de misericordia secundum effectum, in alijs secundum affectum. hoc posito dico ad probationem Resolutionis. Imitari Angelos, est colere Angelos, *sed qui misericordiam exercet, potest illã exercere ex imitatione Angelorũ, ergo per misericordiæ exercitium, potest Angelos colere.*

Text. pro resolutione 4.

Ex serm. 1. de S. Michaele.

Ministrant enim Angeli, sed de alieno, offerẽtes Deo bona opera non sua, sed nostra, ac nobis eius gratiam referentes. Vnde & scriptura dicens. Quoniam ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu Angeli, solicite pręmisit data ei fuisse incensa multa. Nostros enim sudores non suos, nostras nõ suas lachrymas offerũt Deo, nobis quoque eius munera referunt, & non sua. Non sic minister ille sublimior cunctis, sed humilior vniuersis, qui semetipsum obtulit sacrificium laudis, qui patri offerens animã suam, nobis ministrat vsque hodie carnem suam. Huius vtique tanti ministri gratia, nihil mirum si dignanter nobis imo, & libenter Angeli sancti ministrent. Ipsi enim amant nos, quia nos Christus amauit. Dicitur certe vulgari quodam prouerbio. Qui me amat, amat & canem meum. Nos vero ò beati Angeli,

RESOLVTIO IV.

Possunt Angeli coli per preces orationes, & aliarum virtutũ moralium opera præsertim per humilitatem.

Pro hac Resolut. *nota Angelos esse in cœlo tripliciter ratione gloriæ. Matth.* 18. Angeli eorum semper vident faciem Patris: *quibus addit* Mellifl. *in sententijs:* Beati Spiritus visione satiantur, dulcedine inebriantur, charitate saginantur. *Secundo ratione præsidentiæ, ibidem*: Spiritus sunt administratorij, qui curam habent nostræ salutis. *Tertio, ratione virtualis influentiæ, ex cap.* 5. *lib.* 5. *de Consid.* Inest Angelus suggerens bona, &c. *Quibus constat Angelos esse cum hominibus eosque virtualiter cõtingere. hoc autem munus exequũtur tripliciter, assistendo, resistendo, insistẽdo. Assistere, est intime, & limpide contemplari, quod contingit tam ex parte cogniti, quam ex parte cognoscentis, & modi. Ex parte cognoscentis, quia sine impedimento, clare, & non sicut in speculo. ex parte modi, quia immediate à Deo influentias recipiunt. Iam est argumentum pro resolutione, Angelorum actiones sunt perfectę, & ad Dei amussim regulatæ. Ergo per imitationem possunt Angeli coli, iuxta Mellifluι sententiam in tract. de vita solitaria.* In schola sumus Angelorum. c. 2.

Se-

catelli ſumus Domini illius quem tãto affectu diligitis, catelli inquam cupiẽtes ſaturari de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum noſtrorum, qui eſtis vos. Et hæc dixerim fratres, vt ampliorem de cęterò erga beatos Angelos fiduciã habeatis, ac proinde familiarius in omni neceſſitate veſtra eorum inuocetis auxilia: ſed & dignius in eorum præſentia conuerſari, & magis, ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare beneuolẽtiam, exorare clementiam ſtudeatis. Cuius rei gratia neceſſarium duco alias quoque charitati veſtræ exponere cauſas, quæ ipſos beatos Angelos: pro noſtra infirmitate reddant ſollicitos;

*Secundum officium eſt reſiſtere diabolo, ſcilicet ex Apocal.*20. *& Melliſ. ſer.*13. *in pſal.*90. Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis. Quid inter hæc faceret pes humanus. Nempe nequitiæ ſpirituales ſunt, &c.

Tertium, eſt inſiſtere. Iſai. 62. Super muros tuos hieruſalem conſtitui cuſtodes; *& Melliſ. in ſer.*7. *in pſal.*90. Cadent vndiq; dæmones (*ſub Angelorum videlicet præſidio*) nunquam tibi deinceps nocituri, parum eſt nunquam appropinquaturi: *Cuſtodiunt propter quatuor, vt proficiant ne cadant, vt cadentes cito reſurgant, vt non frequenter cadant cuſtodiunt homines per generalem præſidentiam, per ſpecialem præſentiam, per virtualem influxum, per æternalem commorantiã. ergo eorum beneficum amorem, & perpetuam cuſtodiam, perpetuo cultu, & fideli imitatione veneremur.*

abſq; ſua ſane anxietate, ſed non abſque vtilitate noſtra; nec ad detrimentum fœlicitatis ſuæ, ſed ad noſtræ ſalutis augmentum.

Doctr. Melliſ. pro Art. 15. *Text.* 1.

*Ex ſer*3. *in Lucam num.*1. Solent Angeli adſtare orantibus, & delectari in his,

ART. XV.

Vtrum Angeli coli poſſint per ſacrificia.

Certum eſt ex Melliſ. in text. 1. etiam ex Scriptura ſacra ſacri-

quos vident leuare manus puras in oratione holocausta Sanctæ deuotionis gaudent se offerre Deo in odorē suauitatis.

Text. 2.

Ex *serm. 3. de Epiphaniæ.*

Erit enim gratum sacrificiū, & acceptabilis oratio nostra in qua cū auro, & thure fuerit myrrha, quæ licet amara sit tamen perutilis est, & cōseruat corpus, quod mortuū est propter peccatū ne defluens in vitium putrefiat.

Text. 3.

Ex *sententijs.*

Oblatio nostræ laudis, quam Deo immolamus triformis esse debet. Affectuosa vt mens concordet voci. Fructuosa vt ædificationem pariat intuenti. Gratiosa vt placeat conditori, qui gratis dedit.

Text. 4.

Ex *homel. 3. in Lucam.*

Solent Angeli adstare orantibus, & delectari in his, qui solēt manus suas leuare puras in oratione holocausta sanctæ deuotionis gaudēt se offerre Deo.

ficij nomen aliquando pro quouis opere bono, & meritorio sumi, ac vsurpari, quia nullum est opus bonum, quod non placeat Deo, & illū non honoret. hæc autem vsurpatio nominis sacrificij ampla est, & lata nimis. sic enim dicitur in Scriptura sacrificium iustitiæ contritio, eleemosyna, martyrium, & alia huiusmodi, quæ non sunt propriè sacrificia, vnde in eadem sæpe ponuntur contra veram rationem sacrificij, sicut quando dicitur misericordiam volo, & non sacrificium. Sumitur igitur secundo sacrificij nomen strictè, & propriè pro externo quodam cultu, quo Deus specialiter honoratur, qui quidem non solum est honestus, & licitus, sed insuper adeo consentaneus legi naturæ, vt semper fuerit quasi de iure gentium, quod quodāmodo naturale dicitur. Deus enim cum sit supremus omnium Dominus rerum sensibilium, & potestatem habens vitæ, & mortis debuit secundum hos omnes titulos honorari. vnde tamquam supremus colitur per adorationem, quæ definitur à Damasceno. Nota submissionis. *ab alijs* honor externo corporis gestu exhibitus. *vt Dominus, colitur per oblationes. tandem debuit honorari, vt habens potestatem in vitam, & mortem; sic colitur per sacrificium propriè sumptum. non est hic nobis quæstio de sacrificio late sumpto qua ratione professio in religione,*

Text. 2.

Ex serm.3. de Purificatione.

Sed quid fratres nos offerimus, aut quid retribuimus illi pro omnibus, quæ retribuit nobis? Ille pro nobis obtulit hostiam preciosiorẽ quam habuit, nimirum qua preciosior esse non potuit. Et nos ergo faciamus, quod possumus, optimum quod habemus offerẽtes illi, quod sumus vtique nosmetipsi. Ille seipsum obtulit, tu quis es, qui teipsum offerre cunctaris? Quis mihi tribuat, vt oblationem meã dignetur maiestas tãta suscipere? Duo minuta habeo Domine, corpus, & animam dico, vtinã hæc tibi perfectè possim in sacrificium laudis offerre. Bonũ enim mihi longeque gloriosius, atque vtilius est, vt tibi magis offerar quam deserar mihi ipsi. Nã ad me ipsum anima mea cõturbatur, in te vero exultabit spiritus meus, si tibi veraciter offeratur. Fratres moriturо Domino Iudęus mor-ne, *baptismus, confirmatio, & martyrium ipsum dicuntur sacrificia. ex August. 10. de ciuit. cap. 4. Corduba lib. 1. q. 5. dub. 6. Aragonio 2. 2. q. 84. art. 2. in fine, & alijs. sed de sacrificio strictè, & propriè sumpto. quod definitur communiter*: oblatio rei sensibilis, a legitimo ministro Deo facta per realem immutationem ad testandum illius supremum Dominium in vitam, & mortem; *missa igitur impropria illa significatione nominis sacrificij. de qua Mellifluus in apposito. Sit.* manifestan

RESOLVTIO.

Nunquam licet Angelos per verum, & proprium sacrificium colere.

August. de ciuit. Dei cap. 27. lib. 18. & lib. 20. contra Faustum cap. 22. Nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamuis in memoriam martyrum constituimus altaria illo cultu, quod græcè dicitur latria, latine vero vno verbo dici non potest, cum sit quædam propriè diuinitatis debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. *Idem docet D. Th. 2. 2. q. 85. art. 2.*

Ratio prima est, quia offeruntur sacrificia, vt peccata expientur, & eorum venia impetretur, vt bona consequamur, & mala à no-

tuas hostias offerebat, sed iam nunc viuo ego, dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris: sed magis vt cōuertatur, & viuat. Non vult Dominus mortem meam, & non libenter offeram illi vitam meam? Hæc est enim hostia placabilis: Deo placens hostia, hostia viua.

Text. 6.

Ex epist. 91. ad Abbates Suessione Congregatos.

Solus Deus melior se esse, ideo non vult, quia non valet.

Ex serm. ad Pastores in Synodo congregatos.

Prætulit Deus, Sacerdotes, Regibus, & Imperatoribus, prætulit vos Angelis. Omnes enim sunt administratorij spiritus, sed longe est excellentius officium vestrum, non solum in oculis vestris, sed etiam Angelorum.

nobis auertamus, sed Deus est ille solus author a quo hæc bona proueniunt, & obtineri possunt, ergo Deo soli sacrificium propriè sumptum offerri debet. maior & minor satis patent ex dictis, vnde necesse est consequentiam tenere.

Quam confirmasse Trident. euidens est ex sess. 22. vbi definitur sacrificium Missæ offerri soli Deo. & cap. 3 ait, licet in honorem Sanctorum liceat aliquando Missas offerre, aut in eorū memoriam celebrare, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed soli Deo. & can. 5. eiusdem sess. hæc habet. Si quis dixerit imposturam esse Missas celebrare in honorem Sanctorum, & pro illorum intercessione obtinenda, sicut Ecclesia intendit, anathema sit.

Aliter probat P. Lancicius tom. 2. opusculo 13. cap. 5. ex D. Th. 2. 2. q. 85. art. 1. & 2. Per sacrificium creatura profitetur Deum esse primum creationis principium, vltimum beatitudinis finem, atque supremum rerum omnium Dominum, cui in signum debitæ subiectionis nostræ, & honoris aliquid sensibile offerimus ad significandum illius in vitam, & mortem dominium, hoc autem nulli Angelo potest competere, ergo. hoc argumento probant, nec Deū posse per absolutam potētiam suam statuere, vt alteri, quam sibi soli sacrificium offeratur: quia daretur

Text. 7.

Ex serm. de 4. debito.

Ecce in ianuis, & qui fecit Cœlum, & Terram, & creator tuus est, tu creatura, tu seruus ille Dominus; ille figulus, tu figmentum. Totum ergo, quod es, illi debes à quo totum habes illi præcipue Domino, qui & te fecit, & locum fecit tibi, qui tibi ministrat syderum cursus aeris temperiem, fœcũditatem terræ, fructuum v-bertatem.

Text. 8.

Ex Sententijs.

Obtulerunt Magi Domino aurum, thus, & myrram hæc fortassis pro loco, & tẽpore necessaria videbantur. Nos vero quoniam illa omnia iam trãsierũt offeramus ei acceptabiliora munera... Myrrhæ, vnctionem, in cõmunionẽ socialis vitæ. Thuris speciem, in suaueclentiã bonæ famæ auri splendorẽ

tur Deo persona dignior, quod nequit Deus facere, vt habet textus 3.

Confirmat hanc resolut. Ambianates in suo Tertulliano rediuiuo primo in Apologet. cap. 39. obseru. 2. §. 2. deinde etiam in lib. de Idololatria cap. 3. concludens a cultu Regum ad cultum Dei: illum fore impietatis, & idololatriæ reum, qui alteri, quam ipsi Deo sacrificium offerret, sicut reus læsæ maiestatis haberetur, qui Regi soli debitum cultum alteri inferiori exhiberet.

Denique concludendum est pro resolutione ex hoc principio, nempe ceremoniam illam, quæ sacrificium dicitur esse vere sacram, & significare dominium Dei absolutum in vitam, & mortem, ratione cuius dignus est, vt in ipsius honorem vitam nostram, & totum esse destruatur, vt perbelle docet Mellifl. in appos. 4.

Ratio huius est, quia cum sacrificium actus sit perfectissimæ religionis distinctus ab adoratione, & simplici oblatione, necesse omnino est, vt in eo significemus, & protestemur, supremam Dei excellentiam super nos speciali quodãmodo, quo eam alij actus religionis nõ significent. commune enim est omnibus, vt significent nos esse subiectos Deo, vt supremo Domino, sed nulli alteri prorsus competit actui religionis significare supremã excellentiam, & supremum dominium,

in conſcientiæ puritatē: quo videlicet, nec de officioſa conuerſatione familiarem gratiam, nec de laudabili opinione, inanem gloriam: ſed honorem Dei, & fratrū vtilitatem quærere ſtudeamus.

Text. 9.

Ex Serm. 7. in Cant.

Itaque per domeſticos, & intimos, acceſſus ad intima quæritur, ambitur ad deſideratum. Credimus Angelos ſanctos aſtare orantibus, offerre Deo vota, & preces hominū probat hoc Angelus ad Tobiā loquens, quādo orabas. Ego obtuli orationem tuam Domino. Offeramus & nos cū Apoſtolis in cęleſti cōuiuio fauū mellis, mel in cera, deuotio in littera eſt. Scimus enim, qui dixerit ſacrificium laudis honorificabit me. Animę in his exercitatæ cœleſtes ſe ſe nūtij familiares exhibēt. Quis dabit mihi per vos ò benigni Principes, petitiones meas innoteſcere apud Deū, &c.

nium, quod habet in vitā, & mortē. Ratione cuius dignus eſt, vt in ipſius honorē vita noſtra deſtruatur. vt autem dominium hoc ſignificetur debet res oblata deſtrui vel ſaltem aliqualiter immutari. Differentiam autem inter oblationem, & ſacrificium habes in text. ſub num. 2. differentiam vero cultus debiti Deo, & eius, qui debetur Angelis, ſufficienter explicat, Angelus renuens ab hominibus adorari, quod de cultu latriæ Patres vnanimiter intelligunt cuius ſe indignos eſſe Angeli profitentur adorationem reſpuentes nō tamen omnem cultum. quod etiam eximie deſcribit Mellifluus obſeruans Angelos Dei cultum, & Deo oblata ſacrificia approbare ſic diſſerens homil. 3. in Lucam: Solent Angeli aſtare orantibus, & delectari in his, quos vident leuare puras manus in oratione. *& quod attentius perpendendum.* Holocauſta ſanctæ deuotionis gaudent ſe offerre Deo in odorem ſuauitatis: *Ergo offerūt Angeli Deo ſacrificia holocauſtorum, non autem Angelis homines, ſed reuerentiam, honorem, imitationem, amorem, & ſimilia: non autem ſacrificia, quę ſoli ſupremo Domino offerri permittuntur.*

